

lia, videntur; expectationeque, & spe fructus altur; ita ut dies paucos longum illud tempus putet: qualem nos habebimus excusationem; qui non pari studio erga Dominum nostrum, & benefactorem, & Creatorem, & qui nobis sit omnia, afficimur? sed quando proponitur lucrum temporale; omnia alacriter sustinere volumus. Qualis nobis erit venia, qualisve excusatio, si negligentia deditis? qui neque quantum beatus ille in puellam declaravit amorem, tantam in Deum charitatem habemus? idque cum tanta possimus numerare beneficia in nos collata, & quæ quotidie conferuntur. S. Chrysof. hic hom. 55.

Si contra Deum fortis fuisi, quando magis contra homines pravolebis. Gen. 32. 28. Hæc est querela amoris: Deum in hunc Mundum ligatum traxit hominem factum; & contra homines non prevaluit. Philipp. Diez ser. 2. Pent. conc. 2.

Dixit Dominus Moyfi, & Aaroni: loquimini ad petram, & illa dabit aquas. Num. 20. 8. Quid hoc? à petra aquam petis? utique & illa dabit aquas in abundantia: ut confundantur homines, & intelligant; quod omnes creature insensibiles, etiam irrationales, suo Creatori tribuant, quod ab eis postulat, quamvis ex se non habeant. Solum homo rebellis, petinax, Creatori suo denegat, scilicet amorem. Id. ser. 1. Pentec. c. 2. Puffilli nostri erga Deum amorem signum manifestum; cum illum amittere tam parum doleamus. Ipsi die, quam miser homo mortaliter peccat; ridet, manducat, dormit, lascivit, tanto gustu, & delectatione, acsi amittere Deum esset corrigiam calcamenti solvere; & dicere videtur Eccl. 5. 4. peccavi, quid mihi accidit triste? Id. ib.

Fieri potest, Deus meus! & Creator meus! esse aliquem, qui te non amat? Vita S. Therf.

Ego creavi omnia propter hominem, & subieci ei omnia; sed ipse omnia diligit præter me, & nihil, nisi me odit. Revel. S. Brig. l. 1. V. C.

S. Francisca Romana Vie. 4. vidit Dei amorem, sub specie ignis toto orbe diffusæ, acceptari à paucis. Bolland. 9. Martii.

§. XXXII.

Media accipiendi Amorem Dei.

Medium I.

Cognitio Dei.

Diligis me plus his? Joan. 21. 15. Post cognitionem, atque scientiam, quia scilicet quod Dominus est, quantum sit affectus, inquiritur. Scientia enim boni ad illud movet amorem. Sim. de Cassia lib. 14. Plenior ex eo speravit amorem, cui sciebat & Patre Uberior de se cognitionem infusam. Qui enim divinitatem noverat Christi, non poterat, in tam bono lumine collocatus, non ardentissimo in Christum amore fervere, &c. Et hoc oro, ut charitas vestra magis, ac magis, abundet in scientia. Philipp. 1. 9. Oliva l. 2. Strom. §. diligis me &c. ut ex ignorantia summi Boni terrena delectantur; ita ex cognitione vilescunt. Da agnoscentem Deum, & invenies amantem. Sancti Laurent. Ubi cognitio Dei est, ibi charitas; & ubi charitas, ibi legis custodia. Id. de compunct. & complacitu Christi perfecti. Hoc est Deum nosse, quod amare. Nam quisquis eum non amat, profectò ostendit, quia, quam sit amabilis, non novit. Et, quam sit suavis Dominus, & dulcis, gustare, & videre non dicit, qui ejus conspectibus placere continua intentione non fatigat. V. Beda ep. 1. in Joan. 2. Quemadmodum nutrimentum ignis oleum, & ligna sunt; ita amoris argumentum clara est cognitio veritatis. Impellit affectus veritate, quæ cognitiva virtutis inhabitat sedem. Sancti Laurent. Just. de triumph. reg. cap. 13.

Medium II.

Peto, desidero.

Quasi statu quodam divino auxilio egeamus, ut velum nostrum veluti vehementi quodam vento ad dilectionem Dei transmittatur. S. Chrysof. hom. 5. in 2. Thesal. 3.

Infirmata est filia Jaiti, dilectio illa videlicet, quæ generatur. Commonefactum est nobis, Christo homines preces porrigere, cum unica nostra dilectio infirmatur, & expetere manum potentis suæ superponi nobis. Sim. de Cassia lib. 5. cap. 14.

Desiderium magnum proficiendi plurimum adjuvat hominem ut ad charitatis perfectionem attingat. Sancti Laurent. Just. de char. cap. 14. lig. vit.

Qui desiderat ardentem amorem, intrà breve tempus amabit ardentem. S. Franc. Sal. l. 12. c. 2.

Alia media.

Sui ipsius odium primum fuit fundamentum: cui sancti sublimè, gloriosumque ædificium amoris Dei solius imposuerunt,

Quò te plùs amas, hoc minùs amas Deum? quem ut ames, necesse est, ut te oderis. Ex lib. cui tit. Solus Deus auct. Hen. Mar. Boudon. par. 1. reg. 1.

Non grandis mihi restat viad te amandum; solum enim opus est, ut curram ad meipsum, scilicet ad compunctionem, & confessionem. S. Idiota c. 3.

Oritur amor velut lacrymæ, quæ ab oculis in pectus cadunt; quia ab intellectu oritur, & cadit in cor per fidem. Id. c. 2.

Varia de Amore Dei.

Excludit cibum ab Adam. Dixit Deus Adamo: ex omni ligno paradisi comedere. Gen. 2. 16. adeò quippe contemplatione rerum divinarum absorptus erat, ut vix recordaretur cibi, nisi ei Deus comedere præcepisset. Philipp. Diez.

Tanto magis quis grificat à curis sæculi, quanto furgit ardentius in amorem Dei. S. Laur. Just. de char. c. 11.

Qui altissimi, Divinique ignis flagrantiam sentit; is non solum, quam apud fumum, omnem fugit hominum cœtum: apertè quippe fumus exagitat; hujus vero proposito hominum cœtus est contrarius. Jo. Climac. gr. 11.

TITULUS XV.

AMORES MALI, NOXII.

§. I.

Primus Amor Carnis.

Mulier, quam dediti mihi. Gen. 3. 12. Tantoperè amavit Adam uxorem suam, ut ejus causa peccaverit. Sed post peccatum à Deo correptus, amoris oblitus, accusavit eam. Talis solet esse amoris humani finis, qui nec in Deo, nec in virtute, fundatur. Philipp. Diez. conc. 1. in Expect. part. B. Virgo.

Donec transierit sagitta ferus ejus. Prov. 7. 23. Ex vulnere amoris illico sequitur vulnus doloris: sine dolore enim non vivit in amore. Corn. à Lap. hic.

Dum vivit sensus in nobis carnis, & caro vivit; non possumus de spiritualibus sapere. Orig. hom. 1. in Psal. 37.

Præceptum amor nec judicium præstatur, nec consilio temperatur, nec pudore fratur, nec rationi subicitur. S. Bernard. f. 9. in Cant.

Talis misericordia crudelitate plena est; qua videlicet ita corpori servitur, ut anima juguletur.

Quæ enim charitas est, carnem diligere, & spiritum negligere? Id. Apologia ad Guiliel. Abb.

Omnibus notum, est, quia amor amore vincitur. Incipiamus bonas cogitationes diligere, & statim nos ab illis, quæ malæ sunt, Dominus dignabitur liberare. S. Calarius ep. 10. Carnem, quam non possumus suscitare, plangimus; & mortuam animam non plangimus, quam possumus ad statum pristinum revocare. Id. hom. 8.

Affectus cupidinei sunt profusus indigeni, quos honestissimum amoris nomen condecorat. Nobilissimus, atque sanctissimus, affectus, est amor; neque hoc nomen libidini tribuendum. Nam quid est amare, alteri bene velle. At, qui impuris in alterum ardet affectibus; non alteri bene vult, sed sibi animum suum extirpare, cupiditatem explere, cupit. Ægyptia, Putipharæ certè non sui famuli Joseph felicitatem, sed suam quæsit voluptatem; sibi, suoque genio, voluit gratificari. Ubi lasciva cupiditas non succedit; insanire copit, & vociferari. Hebræo carcer, servo crucis; Joseph malum maximum. Drexel. opusc. 7. Joseph Ægypti Proxer. c. 5. §. 1.

§. II.

Secundus Amor Sanguinis.

SI vacca curru, quo arca vehebatur, junctæ, naturæ, & vitulos, qui domi tenebantur inclusi, sic oblitæ sunt, ipsius arce vectæ majestate; ut neque ad dexteram, neque ad sinistram, declinantes, sine errore iter conficerent; neque cervicis inflexione ullum amoris erga filios signum ostenderent; neque genuit dolorem: quod ab illis sejunctæ essent, testarentur: sed quamvis eas, & arce pondus premeret, & amoris aculeus stimularret; tamen non sejunctæ essent, quam si præscripta lege incessissent, nè latum quidem unguem à recto tramite delexerunt. 1. Reg. 6. 12. Cur non ii, quibus spiritualis arca grandæda est, idem efficiant. S. Nilus lib. acer.

Sicut impossibile est, uno oculo in cœlum, altero in terram, aspiciere: ita fieri non potest, ut in his anima non periclitetur; qui corpore, & cogitatione, ab omnibus, & propinquis, & extraneis, non se peregrinum fecerit. Jo. Clim. gr. 3. de peregrinat. & somniis.

§. III.

a. III.

Tertius Amor creaturarum patitur jacturam, adversa.

Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac. Gen. 22. 2. Abraham ex Agar Isaacem suscepit, Isaacum ex Sara; hic quoque, non ille, ad victimam postulatur. Naxera in Jos. 6. §. 23. citius sapè amittitur, quod teneris amatur.

Quare negligis. Gen. 42. 1. Quæres, qua ratione Joseph tam diu incognitus mansit in Ægypto? puta 23. annis; ita ut de se nihil unquam nuntiaret patri, adeò propter se morerenti? Cur hoc ita fieri, & celari, voluit Deus? R. quia hoc Deus, quasi purgatorium meroris, voluit dari Jacobo, licet justus; ob leviam ejus quondam peccata: quia nimis, & cum invidia fratrum amaret Josephum; solet enim Deus nimios Sanctorum circa rem, vel personam aliquam, amores, hoc modo per adversa, quasi vinum injecta, aqua temperare. Ita S. Aug. f. 82. de temp.

Periculis Dominus omnino primogenitum in terra Ægypti. Ex. 12. 29. Lippom. quod amantissimum habebant, etiam in pecoribus, amiserunt. Nax. cit.

Lacus est Jonas super behera lacina magna. Joan. 4. 6. Prophetam inploratum odit civitatem; & arbutulum in deliciis habet, utri horum citius continget calamitas? civitati invise, an hedere amare? Et paravis Deus vermem ascensu diluculi. v. 7. Jonas amor fuit veluti ariditatis auspicium. Naxera cit.

Scis ea, quæ tibi obveniunt, diligere; & ipsum te diligere necesse? Fortis est, quod amas; extra te est, quod concupiscis. Revertere potius in te, ut sis tibi tu charior, quam tua. S. Eucher. Ep. ep. parænet. ad Valerian. cogn. suum.

§. I V.

Varia.

Tenerent variis languoribus, qui multiplicibus amoribus languent. Nihil adeò animas hominum languidas facit, sicut multiplicium rerum multiplicata dilectio. Sim. de Cassia. 5. c. 10. de sanat. infirm.

Christus Dominus nuptiali convivio adfuit, in quo vinum defuit. Jo. 2. 3. forsan non affuturus, si adfuit abundaret. Hier. in c. 2. Amos: Per vinum id omne intelligitur, quod mentis statum dinovere potest; hoc autem nihil aliud est, quam amor cuiuslibet rei creatæ. Mendoza in l. 1. Reg. annot. 8.

§. V.

Quartus Amor Mundi, & rerum caducarum.

Oculi ejus caligaverunt. 1. Reg. 3. 2. Qui sunt, qui fescunt? nisi qui Mundum diligunt inveteratum; qui quantalibet florida ætate vernantes, si Mundo se necesse delectantur, si ejus amplexibus amplectuntur; eo ipso deficiunt, & caligant interiores oculi, ut lucernam Evangelii, diffusadentem hominibus Mundi dilectionem, & prohibentem adplexum; videre non possint. Sim. de Cass. 17. de similitud. Salvat. c. 4.

Bonignè fac Domine - ut adificentur muri Jerusalem. Pl. 50. 20. Unusquisque Jerusalem, aut Babylonis, civis est. Sicut enim per amorem Dei Sanctus quique Jerusalem civis efficitur; ita per amorem sæculi hominis iniquus in Babylonis structura operatur. S. Greg. in Pl. poenit.

In salicibus - suspensivum organa nostra. Pl. 136. 2. Salices sunt Mundi amatores; qui radices suas in terrena miserunt, quibus transitoria pro voto affluunt. In hos justi organa suspendunt; quia his gaudia Mundi relinquunt. S. Honor. Augustodun. serm. in Septuag.

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto? Cant. 3. 6. Per desertum ascendit sponsa, id est, hujus Mundi amatores, qui desertum sunt: quia deseruntur à Deo, quia eum deserunt; dum factis ei dicunt: recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Richard. à S. Viçt. in Cant. c. 9.

Relinquit ergo hyarianam suam mulier. Jo. 4. 28. Hydris amorem hujus sæculi significat, id est, cupiditatem; quia sibi homines de tenebrosa profunditate, cuius imaginem puteus gerit, hoc est, de terrena conversatione, hauriunt voluptatem; quæ percepta iterum in ejus appetitum inardescant. V. Beda in Jo. c. 4.

Molendinum puto dictum Mundum ipsum: quia rota quadam temporum volvitur, & amatores suos conterit. S. Aug. conc. 1. de prima parte Pl. 36.

§. VI.

Motiva, hos amores fugienda.

Amor parvulus.

Utsaque parvulus diligis infantiam. Prov. 1. 22. Juxta Lyt. Hug. Card. fortunæ bona vocat infantiam. Ib. v. 20. sapientia foris prædicat in plateis, & in plateis nimirum ad mercatores, & qui lucris student: hos vocat parvulos, & infantes; quasi minuti animi; qui vilissimis, & minutissimis, rebus ad instar puerorum, contenti sunt. 1. Cor. 13. 11. cum essem parvulus, &c. Mare Mundum significat, quod tritum apud Patres. Job 38. R. P. Spanner Poly. Tem. 4.

8. qui conclusit olliis mare - quasi pannis infantia. Mundus, quantum esse videtur, ab infantia lo facili involuto nihil differt. Senec. l. 3. nat. quæst. magna illa, quia parvi sumus, credimus; multis rebus non ex natura sua, sed ex humilitate nostra, magnitudo est. Eccl. 16. 23. qui minoratur corde, cogitat inania, cogitat frustra, Græcè, cogitat inania; quod de temporalium studio. Glossa, Lyt. accipiunt.

Non dixit sapiens, cui exiguum inest cor, qui capax Dei datur; sed nos id minime terrenis inhiando. Incerto Authore.

Utsaque parvulus. Ib. id est, sæculi vanitatem? Et stultitia, quæ sibi sunt noxia, cupiunt, id est, temporalia: quia sunt ignis, & gladius, quæ duo pueri libenter tenent, donec comburantur aut lædantur. Hugo Card. hic. Pueri amant vas nudes, & crepundia; eaque præponunt nummis aureis & argenteis: quia illas comedere possunt, septuanteque suaves; nummos vero gustare nequeunt. Ità carnalis homo non sapit, quæ sunt Spiritus, sed quæ carnis. Pueri amant libertatem, & lulum; fabricare domos luteas, equitare in arundine longa: ita major pars hominum ludicras, & pueriles, nugæ amat. Quid enim sunt opes, deliciæ, honores, hujus Mundi; si cum cœlestibus, & æternis, comparentur; nisi lusus, & nugæ puerorum. Cornel. à Lap. hic.

Pueri parvi magna non desiderant, villa solent admirari, curus, aurigas, equos, luto facta. Tales nonnulli nunc viri videntur: nulla his cœlestium cura; sed ad lutum tanquam pueri, obstupescunt, & terrenis divitiis blandiuntur, & gloriam, & voluptates hujus sæculi, magni pendunt: quæ ita puerilia sunt, ut illa. S. Chrysof. in Jo. hom. 80. Si in pecunia, deliciarum, uxorum, negotiorum denique cura, & cogitatione, versari voluerimus, quando erimus viri, quando Spiritu vivemus; quando, quæ Domini sunt, nobis cura fuerint. Id. l. de Virginit.

§. VII.

Alia Motiva.

Non autem non spiritum hujus Mundi accipimus. 1. Cor. 2. 11. Spiritus Mundi potest dici Sapientia hujus Mundi, & amor Mundi; quo impellitur homo ad agendum ea, quæ Mundi sunt. S. Thom. hic.

Attendite Sæculum quasi mare, ventus validus, & magna tempestas, unicuique sui cupiditas tempestas est. Amas Deum; ambulas super mare, sub pedibus tuis est timor faculi. Amas Sæculum; absorbet te: amatores suos vorare novit, non portare. S. August. f. 13. de Verb. Dom.

Amaram potionem Mundus suis dilectoribus propinat. O infelicitas generis humani! Amarus est Mundus, & diligitur. Putas, si dulcis esset, quomodo amaretur! Id. ser. 5. post Dom. Pass. serm. 1.

Mala sunt in Mundo, aspera, inimunda, odiosa. Fœdus est non ametur. Ecce talis est; & sic amatur. Rumosa est domus, & piger migrare. Matres, sive nurrices, nè pueri multum fugant; ubi eos grandescere vident, & jam non decere, ut lacte nutrantur; illos tamen mammis moleste inhiare; circumindunt pupillas suas aliqua amaritudine, qua offensus parvulus lac ulterris non requirit. Quid ergo adhuc tam delectabiliter fugitur, si amarus tibi factus est Mundus? Implevit Deus amaritudinem Mundum; & inhiat tu, & incumbis tu, fugis tu. Id. f. 115. de divers. Miser est omnis animus vincit amicitia rerum mortalium; & dilaniatur, cum eas amittit; & tunc sentit miseriam, qua miser est, antequam amittat eas. Id. Conf. l. 4. c. 6.

Bene somnium dormiunt Sæculares viri: qui licet Sæculo vigilent, Deo dormiunt. S. Ambr. Oct. 7. in Plal. 118. Superbi inique agebant &c.

Ubique mors, ubique luctus, ubique desolatio; undique percutimur, undique amaritudinibus replentur. Et tamen cæca mente carnalis concupiscentia, ipsas ejus amaritudines amamus, fugientem sequimur, labenti inhaeremus. S. Greg. hom. 28. in Evang. & hom. 4. in illud Matthi. appropinquavit regnum celorum: Hoc jam, fratres charissimi, etiam si Evangelium taceat, Mundus clamat: ruine namque illius, voces ejus sunt. Qui enim tot attritus persecutionibus à gloria sua cecidit; quasi jam nobis è proximo regnum aliud, quod sequitur, ostendit. Ipsas jam, & à quibus amatur, amarus est: ipse ruine ejus prædicant, quod amandum non est. Si Mundus cadit, & nos eum amando amplectimur; opprimi volumus potius, quam habitare.

Quanto magis ad Mundum accedis, tanto longius à Deo recedis; quanto magis foris es sapiens, tanto magis intus stultus efficiis; quanto magis extra lucraris, tanto magis intus perdis; quanto magis in temporalibus es sollicitus, tanto magis in spiritualibus es mendicis. S. Bern. f. de miser. hum.

Amor Mundi perditio, amor JESU animæ redemptio: amor carnis inutilitas, amor JESU sapientia. Thom. Kemp. con. 17.

Non bene conveniunt Majestas Dei, & amor Mundi. Petr. Bles. l. 2. in Nat. Dom.



TITULUS XVI.

AMOR PROPRIVS,

& proprii commodi.

§ I.

Figura, & Symbola.

Dimisit Noe corvum; qui egrediebatur, & non rediebat. Gen. 8. 7. Licet per annum in Arca fuisset, exitu nunquam tentato; tamen inventis cadaveribus, quibus famem palceret, Arcam, & Patriarcham oblitus est. Sanct. Aug. tract. 6. in Joan. qui sunt corvi? qui sua querunt. Vereor, ne columba quocumque hoc vitio infecta sit, licet laudata à Noe. Emisse, & reverse pietatem in arcam diceret; sed regressa, non desiderio standi cum nutritio, sed metu, ne mergeretur: quæ cum non invenisset, ubi requiesceret pes eius, reversa est. v. 9. Post septem dies rursus egredietur portans ramum olivæ. v. 11. Locus quidem jam erat, ubi resideret, sed deerant alimenta, quibus se palceret: nam ramus florebat sine fructu. Tertium emissit, cum terra cum floribus fructus produceret, tunc columba, quæ videbatur tantopere arcam, & Noe, amare; ubi molliorem cibum in terra invenit; quam in arca, penitus emanavit. Oliva t. conc. 9. Cum columba non invenisset, ubi requiesceret pes eius, reversa est ad eum in Arcam. Impedita aquis, nebulis, caligine, mox revertitur. Mox iterum emittitur, & ramum affert; sed ad vesperam. Tardius curavit bonum commune, celerius suum; commune, ut omnibus latum ferret nuntium. S. Chrysol. hom. 26. in Gen. non absque ratione, & temere, adjunxit ad vesperam, sed ut discamus, quod tota die fuerit pasta, invento sibi convenienti cibo, ad vesperam rediit, in ore ferens siccum solum olivæ. Naxera in Jos. 13. §. 36.

Uani in diversum traxit. 1. Reg. 6. 11. Quid iis pro labore mercedis putares, inauratis cornibus, concedi eis pasqua libera, nutriendasamaraco, sanctuarii sumptu, Sacerdotibus potum præbentibus. At longè aliter iis contigit: Bethsamite eas occidunt, & incinerant in ligno Dei. Cur? tam bene meritis, tam male habitis! Samuel paucis dicit, & tribus vocibus item instruit: Gradiebantur; hoc perbene. Pergentes; & hoc melius. Mugiens; hoc pessime: occidite; præsepe cogitat, sœctum meminit. Oliva t. 1. conc. 2. in festo S. Lucie V. & M.

Ingressus vidit; & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio. Ezech. 8. 9. 10. S. Greg. l. 26. mor. c. 8. in reptilibus cogitationes omnino terrene signantur; in animalibus vero jam quidem aliquantulum à terra suspensa, sed adhuc terrene mercedis premia requirentes.

Nam reptilia toto ex corpore terræ inhærent, animalia verò ventre à terra suspensa sunt; appetitu tamen gula ad terram semper inclinantur. Id. conc. 9. die Ven. post Dom. 2. Quadrag. Habitat lupus cum agno. Il. 11. 6. Quotquot, quæ sua sunt, querunt, lupi rapaces sunt. Simon de Cass. l. 3.

Amor proprius est radix omnium vitiatorum. Hæc est illa bestia, de qua Apoc. 13. 1. Vidi de mari ascendentem bestiam &c. Proprius amor ascendit de mari; quia semper amara fugit. Habet septem capita; quia ex ea septem capitalia vitia generantur. S. Bernard. Sen. tom. 1. f. 5. a. 1.

Tigris deïxa in speculum. Lem. fallit imago sui. Picinelli.

Exempla.

Ex Veteri.

Cur præcepit vobis Deus, ut non consideretis? Gen. 3. 1. Curatoris ad speciem studia imitatur, cum oforis animum gerat. S. Bassilius Seleuc. or. 3. humanitatem simulat, cum ad eadem accurrat; & commiserationis obtentu conatur servum cum Domino committere. Eve ad speciem cupit divinitatem, sed querit imperium sibi. Naxera in Jos. c. 4. §. 24.

Ad Loth venerunt duo Angeli. Gen. 19. 1. dissimulante illo, apprehenderunt manum ejus &c. v. 16. Rupertus: amoenitate Sodomorum tenebatur: idcirco quasi non satis intelligeret, quod dicebatur, cum percelleretur nuntio instantis periculi; dormientes oculos, & amore divitiarum pressos, avertēbat à lumine præfenti. Ut leones justus servarent, satis fuit unicui Angelum descendisse. Dan. 6. 22. misit Dominus Angelum suum &c. Ad Loth dico advolet: quia non à Leonibus rictibus liberandus, sed à delictis extrahendus. Naxera in Jos. 18. §. 11.

Isaac amabat Esau, id quod de venationibus illius videretur. Gen. 25. 28. non quia primogenitus, non quia diu expectatus, ac bonorum patris hæres; sed quia patrem ferina delectat. S. Chrysol. hom. 50. in Gen. Pater diligebat Esau; partim naturalem dilectionem sequens, quod primogenitus esset; partim quod venationis ejus videretur. Id. in Jos. 9. §. 12. dimidium detraheretur amoris, si seni ferina non præberetur; sine mixtione utilis nec paternus viguisset amor. Mater tamen Rebecca, nullo inspecto commodo, Jacob tenere diligebat. Rupert. l. 7. in Gen. c. 6. Notandum, quod differt utriusque dilectionis enuntiatio: absolute Scriptura dicit. Gen. 25. 28. Rebecca diligebat Jacob; conjuncte ve-

ro: Isaac amabat Esau, subnectit enim causam, id quod de venationibus ejus videretur. Id. ib.

Quo ascendente invenit cum eo omnes senes &c. Gen. 50. 7. Non quia Jacobi filium, sed quia præcipuum ministrum Pharaonis, comitabantur. Cadaver Jacobi comitantur magnates; & tamen cum postea efferrentur ossa Josephi, nullus Ægyptius, comitatus: quia perit spes lucri. Alvarez Joseph. Illustr. 350.

Mi Domine Deus! quid dicam, videns Israelum hostibus suis verga verentem? audiens Chanani, & delebunt nomen nostrum, & quid facies magno nomini tuo? Jos. 7. 8. Prius dolet populi nomen delendum, deinde nomen Numinis obscurandum. Rarius divini honoris zelo, sæpius ducimur nostre utilitatis studio. Naxera in Jos. 7. §. 22.

Domine Deus! memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam, ut ulciscar me de hostibus meis. Judic. 16. 28. Non orat fortitudinem sibi reddi ut idoloratras puniat, Deique honori consulat; sed ut, pro amissione luminum, ultionem recipiat. O quam raro amore Dei ducimur, quam segnitè, quæ ad Deum solum spectant, nos, ad labores subeundos, trahunt. Id. ib. Respondens autem Saul &c. 1. Reg. 9. 21. Licet Samuel sibi obscure prædixit regnum Saulis, ille tamen prædictionem mox intellexit: quia fumus ad commoda percipienda accutissimus, sed ad cognoscenda damna cœci. Mendoza hic.

Adhuc reliquus est parvulus, & pascit oves. 1. Reg. 16. 11. Filius ad thronum expocitur à Propheta; sed Pater atatem opponit. Nec mirum: quia illius industria ad curandas oves egebat. Naxera in Jos. 9. §. 24.

Congrega reliquam partem populi. 2. Reg. 12. 28. Quid ad speciem modestus? Joab de triumpho plausi sibi adscribi velle videtur; sed omnem in David victoriæ gloriam transferri. Sed audi Carthusianum hic; hoc Joab denunciavit ex quadam veritate, adulatione, & ambitione; quia ambitiosus erat; & regi complacere desiderans, gratiam ejus captavit; utin suo firmaret officio. Id. in Jos. 4. §. 25.

Exavit manus ejus. 3. Reg. 13. 4. Teroboaum Sacerdotii honoribus inhians thus impie super altare adolebat. Verum propheta à Deo missus nefarium illud sacrificale, infamata minatus turbat: altare scissum est, & effusus est cinis de altari. Rex in prophetam manus extendit, sed stupens ubi nervis manit extensa. Exavit manus ejus. Quid tunc rex? ora pro me, ut restituar manus mea mihi. Altare eversum, præ manus morbo, dolendum erat. Theodoretus q. 42. Id. quod accidit altari, cum non stupefecit; sed id, quod manus, valde anxie. Omnis certum! Dei gloriam, & animarum salutem; parvi pendet, cui chæra nimis est salus. Id. in Jos. 4. §. 25.

Curram post eum, ut accipiam aliquid ab eo. 4. Reg. 5. 20. Cùm Naaman Syriæ princeps à lepra mundatus domum repeteret, Giezi, vel quadriga agnatis equis, currentem, insequitur. Cur modo tam velox? ante 4. Reg. 4. 1. tardus? Explicat ipse: curram post eum, & accipiam aliquid ab eo. Id. in Jos. 16. §. 16.

Traba me post te, curramus in odorem unguentorum tuorum. Cant. 1. 3. Ubi pura vocat honestas, flos invenitur sponsa, immo & sponsa sequitur tracta; ubi verò sensum oblectamenta, & fragrantia unguentorum illicia; plures accurrunt celeri gressu. Id. in Jos. 18. §. 11.

Aperi mihi os meum, quia caput meum plenum est rore, &c. Cant. 5. 2. At illa se excusat: expulsi mei sunt in aëre. Per noctem S. Paulinus ep. 6. ad Sever. intelligit noctem passionis Domini. Er Rupertus, per guttas noctium, blasphemias, & contumelias Judæorum, quas cum anima audit, statim se claudit; ut eas declinet, & evadat. At cum de dilecto audiunt: caput ejus aurum optinam. ib. 11. &c. statim querunt: quo abitis dilectus tuus? & quæremus eum. v. 17. Sylv. in Matth. 17. q. 2.

Ex Novo.

Audiens autem Herodes rex, turbatus est. Matth. 2. 3. S. Chryl. author. Imp. op. ait, in hac turbatione Herodis, turbatum simul fuisse dæmonem, propter motivatem Christi. Addit: unusquisque eorum zelo proprio turbabatur, & secundum suam naturam sui regni successorem timebat; Herodes terrenum, dæabolus autem cœlestem hæc ille. Poterat dæmon Herodis exitio timere, poterat Herodes dæmonis incommoda dolere; sed unusquisque proprio zelo turbabatur. Hinc addit auth. Imp. op. nec Herodes terretur, si cœlestem regem nasci suspicatus fuisset; nec dæabolus, si terrenum. Did. Niff. fer. 6. Dom. 5. Quadrag.

Bonus est nos hic esse. Matth. 17. 4. Cui Dominus apud Timotheum Antioch. quid tibi in mentem venit Petre? tuine solius curam geris? an non totius Mundi? Baæza l. 2. c. 8. §. 2. Nesciens, quid diceret.

Murmurabant adversus patresfamilias. Matth. 20. 11. Primi, de hoc solum quærebantur, quod sibi essent coæquati postremi; tacent de mediis: quia quicque sua mala sentit, quisque suis commodis studet, non alienis. Did. Niff. fer. 5. post Dom. Quadrag.

Turbavit civitatis multa cum illa. Luc. 7. 12. Erat enim matrona nobilis, & dives, ait Haymo. Cum illa erat turba, non cum illo, scil. defuncto: quia cum illa viveret, aliquid commodi ab illa

illa sperare poterat; præcipue cùm esset dives, ut dictum. Sylv. in Luc. 7. c. 12.

Epulo Lazarum ad fratres mitti rogat. Luc. 16. 27. non propter illos, sed propter se. Naxera in Jos. 14. §. 19.

Si hoc facis, manifesta reipsum Mundo. Jo. 7. 4. Maldonatus: volebant cognati Christi ex ejus miraculis, Jerosolymæ in maxima hominum frequentia factis, conciliari sibi aliquid gloriæ, demonstrari digito. Exprimunt nobis in illis cognatorum ingenium: nihil solent ex nobis, nisi honorem, aut utilitatem suam querere. Escobar Persec. Christi l. 8. sect. 1. obf. 4.

Expedit vobis, ut unus moriatur. Jo. 11. 50. Aperiamus instrumentum litis, cujus multa folia duo solum verba complectuntur: moriatur expedit. O expedit venenatum, impudens sacrilegum! Oliva t. 1. conc. 20.

Christus Lazarum resuscitatur, dicit discipulis: sanus in Judæam iterum. Jo. 11. 7. At illi periculum opponunt, & hostium odium. Sed Jo. 21. 3. dicit eis Simon Petrus: quado piscari dicunt ei, vœviamus? & nos tecum? & exierunt. Christus ibat, eximias virtutes operatur. Petrus humana commoda procurabat: ad capturam piscium omnes mox accurrunt; ad misericordiam studiose difficultates opponunt; utrobique metus, sed cura terrenorum superat. Naxera in Jos. 18. §. 11.

Tollent vestrum locum, & gentem. Jo. 11. 48. In hac vita quisque agit rem suam, & studet utilitati propriæ. Nihil in hoc concilio spectabatur, nisi, quod unus omnium erat metus, nè rerum suarum jacturam facerent. Non attendebant gloriam Dei, non miracula Christi, non doctrinam; solum timebant, nè amitterent temporaria, Cajet. amor proprius, amor propriæ auctoritatis, excœcavit eos. Did. Niff. fer. 5. post Dom. 5. Quadrag.

Tunc Simon & ischcredit. Act. 8. 13. S. Aug. tr. 6. in Ecclesiâ Simon ut corpus ingreßus est, quærens quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi. Sylv. hic q. 6.

§ II.

Amoris proprii damna, & pericula.

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

Ulciscar me Domine. Pf. 25. 1. Scire vellem, qualis sum; sed de me verè discernere non possum: nam amor privatus, quem habeo erga me, aufert mihi de me meum judicium. Ergo tu judica me. S. Bonav. hic.

Qui non accipit Crucem suam &c. Matth. 10. 38. Hic per Crucem ante tribunal divinæ justitiæ proprius condemnatur amor; velut omnium malefactor, & corruptor virtutum. Hic unita dividit, divitia uniri non sinit, fidem nemini servat, nullum, nisi per recipit, diligit. Hic tyrannos fecit in civitatibus, seditionem excitavit in urbibus, partialitates fecit in provinciis. Hic scandala seminavit in Sanctis Coenubiis, & monasticis viris, & regulares irregulavit. Nescit ferre injuriam; facere novit; denegat potentius indulgentiam; turbatur, si non recipit. Quod est commune, velle sibi appropriare; & quod est proprium, nunquam in commune deducit. Nunquam nisi propriis utilitatibus gaudet: omnes nihil pendit; sibi tamen minus, nesciens aliis impartiri. In judiciis perverit justum, in causis honestum; contentionibus deservit, ut appareat singularis; sibi placens, non curat aliis displicere. Commune postponit proprio, & communis unum proprium præfert. Omnium depopulationem non curat, si eum non tangat. Proprius amor procellat patientiam; orationem, & abstinentiam; & vigiliis exercitur. Omnes adit labores, præter illos, qui suum peragunt finem. Decollat obedientiam; sibi nescit, regulari non vult. Ipse sibi Dominus, & servus; prælatus, & subditus; magister, & discipulus; sibi fessor, & equus; Judex, & Advocatus. Omnia infirmitati, & propriæ voluntati, adversa, reputat tormentum, & Crucem. Sim. de Cass. l. 8. c. 21.

Cum fecisset flagellum quasi de funiculis. Jo. 2. 15. & expulit de templo omnes, qui sua quærebant, non quæ Jesu Christi. S. Aug. in Pf. 130. propè inquit.

Ego non quero gloriam meam: est, qui quærat & judicet. Jo. 8. 50. Indicat, neminem debere esse judicem in propria causa. Causa amor proprius. Leges decernunt, ut, cùm medicus infirmatur, quantumvis ille sit doctus, curet illum alius: nam quantumvis doctus sit, non æque in sua ac aliena causa, felix erit. Egri enim medici non se, ut medici; sed ut agri curare volunt. Did. Niff. fer. 3. post Dom. 4. Quadrag.

Cum injurias nostras ipsi ulciscimur, modum quoque in ulciscendo excedimus. Cùm verò vel de divina gloria, vel deis, qui injuria læduntur, agitur; tum verò religiofitatem, & tranquillitatem fingimus; mutique, accorporidimus, atque ita affecti, ut nos inter, & laxa, interit nihil. S. Isidor. Pelusiota l. 2. ep. 239.

O quam difficile reperitur, qui ordinato amore velint diligere les; Nemo certe diligit se, qui Dei mandati negligit, qui ipsius voluntatem implere non fatigat. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. S. Laur. Just. de discipl. monast. c. 22.

Veniunt sæpe ad mentem meam cogitationes innumere, & surgunt affectiones multæ, & sollicitæ me de cura corporis; & suggerunt multa de usibus necessitatis. Conveniunt ibi quasi ad

R. P. Spanner Poly. Tom. 4.

consulendum, veraciter autem ad decipiendum; & congregantur consilarii, multi, & consiliatores vani; imò deceptores veri. Congregantur autem quasi in consilium unum, & ad quasi querendum consilium bonum; & dantur in commune consilia multa, sed inutilia, & vana: quia Concilium vanitatis est, & totum eorum consilium de vanitate est. Sudent fumere vinum propter stomachum, somnum extendere propter cerebrum, carnem fovere, ne tabescat; corpus recreare, nè deficiat; abstinentiam aliquantulum relaxare, quieti parumper indulgere. Et in hunc modum agitur de cura corporis, cura superflua; & de vanitate ventilatur quæstio vana; & super hujusmodi inutili negotio consumitur sæpe dies integra. Rich. à S. Vict. Annot. in Pf. 25.

Cùm conatus fuerim, quas potui historias, ab exordio Mundi gestarum rerum perlegere; nulla occasioem, seu causam, destructionis civitatum magnarum, atque parvarum; regnorum, & regionum, majorem reperi, quam cum privatum publico antepositum est. Id. l. 9. c. 41.

Amor proprius jam exaltavit solum suum, & undequaque stabilivit. In ipsa sanctitatis exercitia se detestabilis hic amor insinuat. Incendit sacra pulpita, ex quibus impugnatur; tenet regitque eorum corda, quorum linguis sternitur, & fulminatur; per ipsa jejunia, vigiliis, orationes, & elemosinas seipsum firmat. Henr. Boudon. lib. solus Deus.

§ III.

Amorem proprium fugiendi motiva.

Mercenarius est, qui Deo non pro Deo servit, mercenarius est, qui occasione, non veritate, Christum annuntiat; mercenarius est, qui, quæ sua, non quæ Jesu Christi sunt, querit. Hujus panis est sapientia carnis, seu commoditas temporalis; hic non comedit panem famuligialis filiorum, non hordeaceum fervorum; sed panem porcorum, fursuris, five palarum. Petr. Cellen. Abb. c. 16. de pane Mercenar. Charitas non querit, quæ sua sunt. 1. Cor. 13. 5. Petrus non sibi, sed aliis, vult ædificare. Luc. 9. Hugo Card. hic.

§ IV.

Amoris proprii expertes non querunt sua.

Figura, & Symbola.

Faciam semen tuum sicut pulverem terræ. Gen. 13. 16. Post Deus Abrahamo dixit. Gen. 25. 1. Suscipe calum, & numeras stellas, si potes; sic erit semen tuum. Quia Abraham erat bonus, & malos liberos, habiturus. Terrestria non moventur, nisi ob propriam utilitatem; cœlestium autem corporum motus sunt ob inferiorem utilitatem. Philipp. Diez D. 6. Epiph. conc. 2.

Sol, Luna, & Stellæ, gratis illuminant; facere novit; denegat potentius indulgentiam; turbatur, si non recipit. Quod est commune, velle sibi appropriare; & quod est proprium, nunquam in commune deducit. Nunquam nisi propriis utilitatibus gaudet: omnes nihil pendit; sibi tamen minus, nesciens aliis impartiri. In judiciis perverit justum, in causis honestum; contentionibus deservit, ut appareat singularis; sibi placens, non curat aliis displicere. Commune postponit proprio, & communis unum proprium præfert. Omnium depopulationem non curat, si eum non tangat. Proprius amor procellat patientiam; orationem, & abstinentiam; & vigiliis exercitur. Omnes adit labores, præter illos, qui suum peragunt finem. Decollat obedientiam; sibi nescit, regulari non vult. Ipse sibi Dominus, & servus; prælatus, & subditus; magister, & discipulus; sibi fessor, & equus; Judex, & Advocatus. Omnia infirmitati, & propriæ voluntati, adversa, reputat tormentum, & Crucem. Sim. de Cass. l. 8. c. 21.

Sic in Ecclesiâ aliquid ut sol, & luna, sine lucro, & mercede illuminant; de quibus Baruch 3. 34. Stella desiderunt lumen in castris suis, & lucra sunt, vocata sunt, & hinc sunt, ad sumus. Non ait; venderunt tracta, sed dederunt, & hoc cum maxima latitia, & diligentia. Alii, ut lumen præbeant, magno lucro, & mercede, afficiendi sunt; alii nihil commodabant. Id. D. 23. Pent. conc. 2.

Servit autem Isaac in terra illa &c. Gen. 26. 12. In terra sterili. Hoc generose charitatis est; ibi seminare beneficia, ubi nulla spes remunerationis: nam facere bene, ubi spes foenus, nundinatio potius est: quam beneficentia. Did. Niff. poli. cœl. p. 1. l. 8. c. 3.

Et levavit pallium Elia. 4. Reg. 2. 15. Emulem Eliam, & raptum igneo curru, vehementibus Angelis hospitaturum in Paradiso. Ignitis amoris Dei quadrigis ad thronos vehamur; pallia, terrenas curas, mittamus; cogitemus quæ Domini sunt. Fax. Lem. non querit quæ sua sunt. Malenius.

Manns nuda. S. Ambr. f. 8. inquit: quod membrum in humano corpore præstantissimum sit & corona dignum? quam cùm alii oculo donent, alii cordi; hanc ille manus porrigit: quia illa corporalitem præbet, illud vestit, defendit. Interim nudam se patitur, ut sit obsequia expeditior; nec quidam de cibo prælibat, quem ministrat ori, quod illo fruat; & prægustat primum, quod transmittit in stomachum. Manus tam averfa à suis commodis, quam provida in alienis paradisi. Vera Sancti. Ambr. nullum dubium est, dexteram vel totius corporis præclatorem portionem, ut quæ providentia quadam membra cætera pascat, ac nutriet. Oliva t. 1. conc. 35. festo S. Andrea.

§ V.

Exempla.

Ex Veteri.

Utinam est hoc, quod fecit nobis Deus? Gen. 42. 28. Cur non dicunt, quod fecit, nobis Joseph? Resp. quia triticum simul, & pecuniam simul videbant; & frumentum gratis absque pretio & lucro, datum cernebant; bene dicunt, esse id opus



Opus Dei; nam sine lucro quidquam dare, Dei magis opus est, quam hominum. Did. Niff. D. 4. in Quadr. S. 1.

Tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas. Judic. 7. 20. Rupert. in l. 1. Judic. cap. 11. designatur in turbis clamor praedicationis, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum. Hos milites, quibus corporis salus, vitaeque, in sinistris ponitur, delegit Gedeon contra Religionis hostes: nam sui amans trepidus fugiet. Naxera in Jol. cap. 4. §. 25.

Erat cor eius pavens pro arca Dei. 1. Reg. 4. 13. Heli cetera malus, in bonus. 1. Reg. 18. audiens captam arcam, cecidit; non poluit acceptam cladem, fugam militum, libertatem perditam, excidium principatus, liberorum mortem. Erat enim cor eius pavens pro arca Dei. v. 13. ò elogium! hic est spiritus sacerdotii, nihil aliud praeter sanctuarium cogitare. Oliv. t. 1. conc. 2.

Ibat Samuel, per singulas annos circumiens Bethel &c. 1. Reg. 7. 16. Samuel rem suam non agebat, sed suorum; ne subditi, admodum suum Judicem, sumptus faceret, tempus perderent; ipse quietibus omnibus, solus discurrebat. Non timebat injurias temporum, aperitates viarum; non angustias hospitiorum; ac tandem sui memor muneris, civium munera non expebat; unde nullas sibi pecunias, plurimas Deo animas lucrabatur: ante Evangelium Evangelii professor, ante Christum Christianus; ante Paulum Pauli imitator. 2. Cor. 12. 14. Non ero gravis vobis; non enim qua vestra, sunt sed vos. Mendoza in l. 1. Reg. 7. annot. 28.

Dedit Dominus vias. 1. Reg. 12. 18. Dum Samuel suam restatur innocentiam, coelum dat signum. At verò Paulus ostendit suam eximiam puritatem. Act. 20. 33. coelum nullum dat signum. Resp. Paulus nullorum bonorum Reipublicae habuit administrationem; at Samuel supremus fuit Judex, & gubernator; quòd talis sibi nihil usurparit, ut credatur, necesse est, ut fiat miracula, & coelumque signa ostentet. Sylv. in Act. hic q. 12.

Quid dabitur viro, qui percussit Philistinum? 1. Reg. 17. 26. Resp. det. S. Chryso. hom. 19. in ep. Rom. quod dicebat, quid dabitur; non ideo dicebat, quòd mercedem exigeret, sed quòd sibi crederetur; & in pugnam cum illo committeretur. Nam cum adepta jam victoria, ad Regem esset ingressus, nihil de mercede meminuit. Oliv. t. 2. conc. 9. die Ven. post D. 2. Quadrage. Dicent amatores commodi sui, etiam Davidem in iis, quae fortissimè gessit, spei stimulo incitatum.

Pater eram pauperum. Job 29. 16. S. Greg. non patronum se, vel proximum vel adiutorem pauperum, sed patrem fuisse restatur; quia nimirum magno charitatis officio studium misericordiae veritè in affectum naturae: ut eos; quasi filios, cerneret per amorem; quibus quasi pater praeret per protectionem. Advocatus plerumque lucrum spectat. Non talis est erga filium pater. Did. Niff. polit. coel. p. 1. l. 8. c. 5.

Poluerunt me custodes in vinis, vineam meam non custodiri. Cant. 1. 5. Hugo Card. exponit hoc in bono, in persona bona Praelati, qui non querit, quae sunt, neque quod sibi utile est; sed quod multis. Id. D. 2. Adv. §. 4.

Tollite me, & mittite in mare. Jon. c. 1. 12. Nota Jonæ charitatem magnanimitatis; qua; ne alii pereant, ipse solus perire cupit. S. Hier.

Ex Novo.

Pater noster, qui es in caelis. Matth. 6. 9. In filiorum ordinem, gradumque proveci, illa continuo, quae est in bonis filii pietate flagrabimus; ut non jam pro nostris utilitatibus, sed pro nostri Patris gloria, totum impendamus affectum, dicentes: sanctificetur nomen tuum: nostrum desiderium; nostrum gaudium, gloriam nostri Patris esse restantes. Jo: Cassianus Coll. 9. c. 18.

Faciamus hic tria tabernacula. &c. Matth. 17. 4. Petrus non sibi, sed aliis vult aedificare. Hugo Card. in Luc. 9.

Expulsi consolationem Israel. Luc. 2. 22. Ut verus Pontifex, non suam propriam consolationem, sed Israelis, expectabat; non pro se, sed pro communi bono, erat sollicitus. S. Eligius hom. 2. de S. Simeone: qui exereverat in tantum iustitiae culmen, ut non jam solummodo suam, sed etiam totius populi Israelis, quaereret salutem, & adventu Christi expectaret consolationem. Sylv. Addit. in Luc.

Pater bonus animam suam ponit pro ovis suis. Jo. 10. 11. Non dicit, honoratur, & colitur; sed, animam suam ponit &c. Hoc est principatus, hoc est paternitas; sua negligere; & eorum, quos regit, curam gerere. S. Chryl. in Pf. 113.

Nunc scio verè &c. Act. 12. 11. q. d. agnoscere nunquam ante poteram, dubius haesi; at nunc discendentem cerò Angelum comprehendendi. Sed unde, ò Petre! quid signi vidisti? respondet: gratiam praestitit, & certè maximam. Quid? vincit liberavit, & gratis quidem, ne obulum requirendo in mercedem obsequii. Et mox inde collegi, Angelum esse. Si enim homo id obsequii exhibuisset, vendenda haec mea tunica fuisset, nec sufficere in compensationem. Paoletti Dom. 3. adv.

Di similes facti hominibus descenderunt ad nos. Act. 14. 10. Cur hoc dicunt? quia Apostoli omnibus beneficiebant, aegros

curabant &c. & hoc absque ulla mercede. Nam tanta dona praestare gratis, non hominis, sed Dei, & Dei fervorum est. Sylv. hic q. 2.

TITULUS XVII.

S. ANDREAS.

Nomen, Vocatio.

Andreas secundum Hebraeam etymologiam interpretatur. Decorus, sive respondens. S. Hieronim. l. 7. c. 10. Relictis retibus &c. Matth. 5. 27. Quadruplex rete cavendum. 1. Divitiarum secularium. 2. mala mulier. Habac. 1. 15. congregavit in rete suam. S. Bern. de sorore sua ante conversionem dixit, esse rete diaboli. 3. Adulator amicus proditor. Prov. 29. 5. Homo, qui blandis &c. 4. ultio divina. Ol. 7. 12. Expandam super eos rete meum. S. Thom. in festo S. Andreae.

Vocavit eos. Matth. 4. 21. Miranda corallii natura! nascitur in sinu maris, nutritur, & crescit; non fit tamen valoris, nisi a piscatore extractum: cui tunc accedit valor, & color: in mari album, expositum aeri fit purpureum: in aquis est fragile; ubi extraxerit, adamantinum. In mari Andreae vilis herba, pauper, & abjectus piscator; sed reti divinae vocations extractus pro corallo est. Paoletti in festo S. Andreae.

Erat autem Philippus à Bethsaida civitate Anan & Petri. Jo: 1. 44. Hoc opus divinum maxime commendat gratiam, quòd de civitate peccatrice resissi vocati sunt, magis Patres iustorum, atque Credentium. Bethsaida namque civitas peccatrix in tantum; ut & illi Dominus exprobatet. Vasi Corcoran, ubi tibi Bethsaida. Matth. 11. 21.

Primitiarum fuit principium: qui, antequam vocaretur, alios vocat ad Dominum. Helychius presb. or. in S. And. Ap. Ubinam manes, inquit Andreas, ut in aula Domini janitor fias. Ib.

Virtutes.

Vita suae cursum feliciter consummavit, non in molli strato, neque in corporis deliciis, sed coram maxima populo numerositate constitutus in stipite. S. Laur. Just. f. in festo S. Andreae.

Votatus à Christo, ad unius iustionis eloquium, mari relicto, & retibus secutus est Dominum. O magna sancti viri fides! O obedientia omni veneratione colenda! Id. ib.

Omnibus gratiae aliquid imperitur Andreas, omnibus dat mutuo spiritus largitionis, omnes ad militaria certamina concitavit. S. Helychius or. de S. Andreae.

Ecce Andreas inter ipsa novi tyrocinii rudimenta sanctificatur, & veritatis iam praedicator efficitur, cuius adhuc vix erat auditor. Novus discipulus factus est &c. B. Petr. Dam. l. 1. de Sanct. Andreae.

Novus discipulus factus, non est propria salute contentus, condiscipulus querit; ad lucrandos alios fratrem se amor extendit. Theolaurum reperit, gaudet aliis procedere; furtum reputat, illum sine confortibus possidere. B. Petr. Dam. l. de S. Andreae.

Non moleste tulit Andreas, quòd in fide primus, factus est ordinis dignitate secundus. Id. ib. Andreas, cum apud Jesum multa didicisset, non abscondit thesaurum, sed ad fratrem festinavit, accepta bona quamprimum communicaturus. Chryso. hom. 18. in Jo:

Invenit hic primum fratrem suum. Jo: 1. 41. Legitimi Christiani signum est, quòd alios Christo acquirat. Ecce Andreas cum primum Jesum novit, nil prius curat, quam fratrem acquirere. Hoc unum gemit Christianus, si solus sit; tunc letus, si plures habeat fratres Christianos. Inde censetur Dei filii, si alium parturiant; inde censetur oves Christi, si ipse non sit in eis Cant. 4. 2. indè inter Christianos oves legitime numeraberis, si gemellus fueris, si non singularis. Baza r. 2. l. 6. c. 2. §. 14.

Ecce primos discipulos suos de mari Dominus vocat; quoniam multos per eos de hujusmodi fluctuosa amaritudine ad fidem vocare disposuit: ut, quia de mari à Domino vocantur, ipsi quoque periclitantur animas de mundi huius naufragio liberare dicant. Euseb. Emif. ferm. de S. Andreae.

Crucem à longè prospiciens eam cum gaudio salutavit, suspendium tamquam epulas optavit. S. Honorius ferm. de S. Andreae.

Cur tam intrepidè properavit S. Andreas ad crucem? quia indutus erat Christum. Christus in horto orans timebat crucem, quia indutus erat Andrea. Sicut enim nostra debilitas, qua Christus erat indutus, faciebat eum tremere, & mortem timere; ita fortitudo Christi veri Dei qua indutus erat Andreas, erat causa, quòd Crucem non formidaret. Did. Stella pag. 2. conc. 3. 1.

TITULUS XVIII.

ANGELI.

§. I.

Figurae, & Symbola.

Et facta est lux. Gen. 1. 3. Magni, & nominatissimi Patres, intellexerunt naturam angelicam lucis nomine Rupert. Abb. Tuit. l. 1. in Gen. c. 7. Illis tenebrosa abyfusus existendi principium, vel materia fuit: de tenebris enim, jubente Deo, lux ista respelndunt. Id. ib. in Gen. 12.

Divisit lucem à tenebris ib. v. 4. August. id est angelos à demonibus.

S. Francisca Romana continua visione Angelorum fruebatur, & maxime quandam formè elegantissimè die noctuque, intruebatur sibi assistentem, cuius facies folis splendorem superabat, sine ullo lumine alio, solo splendore Angelorum, dicebatur. Boland. 9. Martii.

Quomodo portaverim vos super alas aquilarum. Ex. 19. 4. Angeli aquilis comparantur: alae aquilarum sunt ministeria Angelorum; una ala est ministerium defensionis à malo; altera promotionis ad bonum. S. Bonav. ferm. 3. Dom. 24. Pent.

Ecce curvus igneus. 4. Reg. 2. 11. Non erat hic curvus verè igneus; sic enim aduffisset Eliam; sed habebat formam ignis; erant enim revera Angeli, qui, affluentes formam ignis, sursum vehabant Eliam. Corn. à Lap. hic.

Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem viventem. P. Palm. 103. 4. His nimirum verbis eorum levitatem, ardorem, fervorem, maximam penetrabilitatem, & acrimoniam, qua Deum desiderant, atque intervniunt, describens. S. Joan. Damasc. l. 2. orthod. fid. c. 3.

Montes, & colles, cantabant. If. 55. 12. Quinam isti, nisi iidem ipsi coeli inhabitatores spiritus? S. Bern. l. 73. in Cant.

Virtutes colorum movebuntur. Luc. 21. 26. ipsi Angeli, & primae Virtutes, turbantur in terribilibus immutationibus Universi. Theophylactus Ep. Bulgariae hic.

Non alienum videretur, ut per claritatem coloris lili Angelorum coelestium gloriam putemus expressam, qui verè Mundus istius flores sunt; quòd eorum claritatibus Mundus ornatur, & bonum odorem sanctificationis adspirat. S. Ambr. in Luc. 12.

Angelorum Creatio.

In principio creavit Deus caelum, & terram. Gen. 1. 1. Nihil de invisibilibus virtutibus diserit, neque dicit, in principio fecit Deus angelos, vel archangelos; Judex enim loquebatur, qui toti praesentibus rebus inhabitat, neque spirituale quidquam comprehendere volebant. S. Cryso. tom. 1. in Gen. hom. 2.

Quomodo enim non meminit creationis angelorum? Qui lege regebantur, solidæ, vel constantis fidei nihil habebant mox enim post plura, & ineffabilia; in imaginem vituli Deum designarunt. Quod si tam facile sibi Deos fixerunt è jumentorum simulacris; quid non perpetraturi fuissent, invisibilibus naturæ notitiam affecturi? B. Theodor. us q. 2. in Gen.

S. Aug. l. 1. sup. Gen. ad lit. c. 3. cenet creatos prima die. Rupertus autem l. 1. de Trinit. & oper. eius c. 10. non tantum idem sentit, sed arguendo etiam probare contendit, non fuisse lucem illam corpoream, de qua dubitaret diserit Augustinus l. 1. r. de Civ. c. 7. Non conveniebat, inquit; primum. Dei opus ceteris esse ignobilius. Incert. Auth.

Angelorum nomen.

S. Thomas q. 112. a. 4. ad 2. ait: Angeli nuntii interpretantur, ab eo, quòd Domini voluntatem populis nuntiant. Archangeli Latine summi Nuntii, qui summa annuntiant. Dominationes sunt ii, qui etiam virtutibus, & Principatibus preminent; qui pro eo, quòd ceteris angelorum agminibus dominantur, Dominationes vocantur. Virtutes angelicae quaedam ministeria perhibentur, per quos signa, & miracula, in Mundo sunt. Resolutes, quibus ad verè virtutes subiecte, ne tantum nocent, quantum possunt. Throni Latine Sedes, sic vocati, quòd illis Conditor praesidet, & per eos judicia sua diserit, vel disponit. Principatus, qui Angelorum agminibus praesunt. Cherubim scientia multitudine. Seraphim ex Hebræo ardentes.

Angelorum numerus.

S. Brigitta c. 13. Revel. refert, tot Angelorum millia Deo servire, ut si ab Adamo ad ultimum usque numerarentur, omnibus, ac singulis, plures, quam decem Angeli custodes assignari possent. Vide S. Thom. l. p. q. 10. a. 3.

S. Dionysius de coel. hier. docet, Angelos superare numero res corporeas.

Millia millium ministrabant ei, & decies millia centena millia assistebant ei. Dan. 7. 10.

Audivi vocem Angelorum multorum, & erat numerus eorum millia millium. Apoc. 5. 11.

S. Thom. q. 112. a. 4. ad 2. ait: Angelos excedere, quoad multitudinem naturas rerum materialium.

Ordo Patriarchalis responderit Thronis, Prophetis Cherubim; ordo Apostolicus Seraphim; in Patriarchis fuit stabilitas fidei; in Prophetis limpitas cognitionis, in Apostolis fervor charitatis. Martyres Dominationibus, Confessores Virtutibus, Virgines Potestibus. Ordo praesidentium Principatibus, ordo Magistratum Archangelis, ordo Regulantium Angelis. S. Bonav. ferm. 22. in Hexam.

Angelorum Praesentia, Pulchritudo.

Immitet Angelus Domini. Pf. 33. 8. subintelligitur, ipse in circuitu timentium eum &c. In Hebræo: castrametabitur Angelus Domini in circuitu &c. Mira potentia Angelorum! ut unus Angelus vicem exercitus suppleat. Bellarm. hic.

In manibus portabunt se. Pl. 90. 12. Manus Angelorum sunt intellectus; sive sapientia, & potentia, nam intelligendo, & volendo, omnia faciunt. Id. ib.

Sex ala uni. If. 6. 2. Sex alae significant eos agillimos, & maxima vi motiva praeditos esse, ut ad sex differentias positionum, scilicet sursum, deorsum, ante, retro, dextrorsum, & ceterim moveri, ac volare, possint; ita ut celeritate superent ventos, fulmina, solem, coelisque omnes. Corn. à Lap. hic.

Duabus velabant pedes. If. 6. 2. Bennotus Sanctorum Angelorum pedes Theologia finxit. Penna enim declarat, & ducendi celeritatem, & quòd caeleste est, & quòd ante movetur, & quòd ab omni rerum terrenarum studio, & cupiditate abhorret. Dion. Areop. l. de coel. hier. c. 15.

Qui non servaverunt suum principatum. Epist. Judæ v. 6. Valg. 1. p. disp. 27. c. 3. ostendit per principatum maxime accipi gratiam sanctificantem quorum venustus, ut loquitur S. Basilus hom. 1. in Hexam. nostrae cogitationis facultatem omnem longissime superat.

Si videres spirituales pulchritudinem Angelorum, corpus tuum non sufficeret videre; sed rumpetur; quasi vas corruptum, & putridum, propter gaudium animae ex visione. l. 2. Rev. S. Brigittæ c. 18. v. c.

§. II.

Angelorum Virtutes in genere.

Deus quoque Cherubim aureos. Ex. 25. 18. Hi Cherubini significant Angelos, qui sunt quasi stipitatores Dei. Hinc gestant quatuor stemmata, & insignia, Domini sui: species aquilae significant Dei sapientiam; Homo bonitatem, mansuetudinem, & clementiam; Bos iustitiam, religionem, & cultum ei debitum; quòd scilicet bobus, aliique victimis, fit colendus; Leo fortitudinem, & potestatem. Haec attributa à Deo ipsi Cherubini, id est, Angeli, in se participant, & repraesentant. Sunt aquilae per celeritatem, & contemplationem; Leones per fortitudinem; Homines per mansuetudinem; Boves per patientiam, & labores. Corn. à Lap. in Exod. 25.

Est hierarchia facer ordo, scientia, & actio; quæ & ad Divinitatis similitudinem, quoad ejus fieri potest, accedit; & proportionem illustrationem, quæ ei divinitus datae sunt, ad Dei imitationem traducitur. si quæ in rebus Divinis collegas, simulacra divina, efficit, specula maxime perlucida, & immutabilia. Dion. Areop. 1. de coel. hier. c. 3.

Angelorum amor, & cultus Dei.

Duabus velabant faciem ejus. If. 6. 2. Ex Hebræo tam faciem ejus, quam suas, legi potest. Velabant facies praesentia reverentia, quòd tantum Divinitatis jubar irretortio oculo aspicere non possent; pedes verò velabant praerecordia, ne quis aspiceret imperfectum eorum amorem, & affectum; cuius symbolum sunt pedes. Ita Chryso. ferm. 4. de hac visione. Corn. à Lap. hic c. 6. v.

Vidit Zacharias 2. 1. Angelum habitu architectum, in manu ejus funiculus mensuræ; rogatus quòd abeat? respondet, ut metiatur Jerusalem. Scilicet ad urbem muro, & templo, ormandam. Et alius Angelus egrediebatur. Rupert. l. 7. de victor. c. 19. In aedificatione terræ civitatis, & templi, jam! & opifices volunt videri, seque certatim ingerunt Angeli. Luc. de Velloso in Judith. 1. Parant. 3.

In templo ejus omnes dicent gloriam. Pf. 28. 9. Angelorum opus laudare Deum; omnibus denique coelestibus exercitiis una hæc cura; gloriam Creatori dare. S. Basil. hic.

Angelorum obedientia.

Angeli sui Deus mandavit de te. Pf. 90. 11. Praecipua causa est, cur angeli nos diligentissime custodiant, quia videlicet id Deus mandavit eis, quamvis enim libenter id faciant, quia nos amant, & quia malos Angelos oderunt, & quia cupiunt instaurari sedes coelestis Jerusalem; & quia sciunt, id esse gratissimum Regi suo Christo Domino; tamen nihil eos magis movet, quam præceptum Domini; intelligunt enim se esse ministros Domini, Deumque nihil magis requirere à ministris suis, quam promptam, ac simplicem obedientiam. Bellarm. hic apud Paoletti D. 12. Pent.



Providentissimus de te, homo, est Deus: siquidem tantis Principibus mandavit de te; & quod est dignissimum omni veneratione, non uti tantum Angelo mandavit de te, sed Angelis suis. O miram Dei dignationem! d Angelorum summam obedientiam! d animæ pretium! sed quid mirum, si Deus Angelus mandavit de te; siquidem & Filio suo mandavit de nobis; non solum ut nos custodiret, sed etiam pro nobis moreretur. Philipp. Diez tit. Angeli.

Benedicite Domino omnes Angeli eius qui scitis verbum illius. Pl. 102. 20. Cùm tanta in Angelis sint, quæ commendari possunt; immortalitas, amor in Deum, constantia voluntatis, nobilitas originis; his omnibus ommissis, unam miratur, & laudat David, obedientiam; ac si præter eam nihil cuperent in se laudari, facientes verbum illius. Non opus iterari præceptum, non suaderi, quod præcipitur; verbum auditis, & obeditis. Sed qua mercede ad tantam celeritatem obediendi urgentur? novi spe mandati. Ut alia à Deo mandentur, cissimè mandata perficiunt, facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonem eius. O dignam obedientiam mercedem. Oliva l. 10. Strom. 8. hic. Quid in Angelis mirificum prædicamus? profectio quia cum omni cura obediunt Deo. Quod David quoque dicebat: laudate Domino omnes Angeli eius. Hic enim bono æquale est nihil profectus, etiam si sint milles in corpore: hoc est enim, quod maxime præstat eos beatos, quia obediunt præceptis Dei. Did. Nil. vitæ Abrah. c. 11.

Quæ honori adferantur, verus obediens non recusat. Quid Angelo sublimius? quid scyniphe abjectius? & tamen Deus paria utrique imperia imposuit: nam sicut scyniphi imperavit, ut Ægyptium superbiam humiliaret: Ex. 8. 16. ita imperavit Angelis, ut Assyrium potentiam demoliretur. 4. Reg. 19. 35. Non expulsi sunt cum Deo, aut illis minora impera, aut, majora nobis. 3. Reg. 17. 4.

Corvus præcepit, ut pascant se. Ad eundem item Angelus destitatur, 3. Reg. 19. 5. Nihil sibi gloriosius arbitratur, quam obedire. Inimò paria cum demonibus ministeria exequuntur: nam sicut malis, ita & bonis Angelis, puniendi impios ministeria demandantur. Malis, qui Ægyptum flagellarunt. Pl. 77. 49. Immissos per Angelos malos: bonis, qui Sodomam everterunt. Gen. 19. 1. Nec tamen ob id indignantur Angeli boni. Mendoza in l. 1. Reg. c. 3. v. 9.

Seraphim hi sunt schemata perfectæ obedientiæ: hæc enim velatis oculis cœca receptum non discurit; est tota alata promptè exequendo iusta. Cornelius in li. 6.

Tremunt Potestates, non metu formidinis, cùm sint perfectè beati, sed administrationis affectu, vel obedientiæ famulatu, cùm, secundum Apostolum, omnes sint administrationis spiritus. Innoc. Pontif. de Sacro Altar. myster. l. 2. cap. 61.

Angelorum humilitas.

Vidit Angelus Dei ascendentes, & descendentes. Gen. 28. 12. Angeli Dei annuntiatores sunt veritatis, ascendunt, & vident. In Principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Descendant & vident, quia Verbum caro factum est, &c. Ascendant, ut erigant magnos; descendant, ut nutriant parvos. S. Aug. in Pl. 44.

Ego sum Raphael, Angelus unus ex septem, qui adsumus ante Dominum. Tob. 12. 15. Plures, & bene, censent; Raphaellem esse ex primo ordine Seraphinorum; adeoque unum ex primis Seraphinis; hienim proximè assistunt Deo, uti altare se ait Raphael. Dicitur, quanta dignitas animæ, quanta Dei Angelorum, etiam Seraphinorum, dignatio, qua dignantur hominum peccatorum, vilium, & miserorum, tantam, tanque particularem, & providam, curam gerere. Corn. à Lap. in Tob. hic.

Ece Angelus Domini stetit iuxta illis. Luc. 2. 9. Stetit quasi familiaris, quasi æqualis, & unus ex illis. Non supra illos stetit, sicut ante exaltationem humanæ naturæ in Christo, quia permittebant se Angeli adorari; quod non fecerunt post assumptam à Verbo Humanitatem. Did. Stella hic.

Ece evangelizo vobis. Luc. 2. 10. Non Pontificibus, non Sacerdotibus, non Scribis, non Phariseis, non Optimatibus: ut hinc percipiamus, quam chari sint Deo, etiam vilissimi, homines; utpote ad quos dirigit Angelos, quibus primum manifestat mysterium nati Filii. Cajet. hic.

Et subitò facta est. Luc. 2. 13. Militia in ipsa Nativitate cœlestis apparuit, quæ Duci suo semper immaculatè in supernis assistit, & ipsum descendente ad terras sequitur: non quærens, quod ea ineffabilis, & æternus Dux, sed sequens, quo jert, cum adversis parata bellaret. Quæ idcirco militia cœlestis dicitur: quia infatigabiliter pro hominibus terrenis militat, ut possint esse cœlestes, simulque concives. Sim de Cass. l. 1. c. 7.

Et dixit illis (pastoribus) Angelus Luc. 2. 10. adfunt Angeli, loquuntur pastoribus. Non designantur loqui personis humilibus; & cùm ipsi sublimes sint, infimos non alpernantur. S. Cyp. de Nat. Christi.

Vide, ne feceris; converserunt sum. Apoc. 19. 10. In lege præfata adorari se passim Angeli. Adoravit ternos Abraham, 3. binos Loth; adorantur eos Josue, Tobias, Manue; & non obstituerunt. In nova Lege, sui Regis, exemplo moti, facti sub-

missiores, post tantam Domini abjectionem, hunc sibi honorem deserere veterunt. Drexelius horol. 11. noctis, v. 4.

Obsequuntur saluti tuæ Angeli, concessi sunt ad ministerium Filii Dei, & dicunt inter se: si ille descendit, & descendit in corpus; si mortali indutus est carne, & sustinuit crucem, & pro hominibus mortuus est; quid nos quiescimus? quid parcimus nobis? Eja omnes Angeli! descendamus & coele. Ord. in Ezech. hom. 1.

S. Bernardus f. 3. 1. in Cant. vocat Angelum Custodem: sedulum Custodem: sedulum pedessequum animæ. Non fastidiunt, neque erubescunt, illa beatorum spirituum agmina, qui perpetua felicitate fruuntur, peregrinantibus, ac in domibus luteis habitantibus, ministrare; quatenus et placeant, cui se efficiunt sacrificium laudis. Non discernunt, quid agant. Sed propter quem, S. Laur. Just. de triumph. &c. c. 12.

Angelus Custos, qui famulum custodit, æquè letus vivit, ac qui Regem; nec minus curat de protectione ancillæ suæ Angelus, quam de heræ suæ. Si Gabriel destinaretur hodie ad protectionem Æthiopijs, non resistet; non dicit, indecens esse sibi, protegere servum, postquam protexit Coeli, terræque Reginam. Alvarez, Jolep. Illustr. Illustr. 265.

Angelorum zelus animarum.

Vocavitque Angelus Dei Agar de caelo. Gen. 21. 17. O potentiam lacrymarum! licet rea Agar, & laia, Deique iustus, in exilium acta; tamen, ut flevit, Angelorum non alioquo solum, sed & ministerio recreatur. Ne diutius stiret, aquæ puteum indicavit ei Dominus, velatim elicit. Elia pro Domino latenti annonam in dies corvus ferebat; Agari vero Angelus frigidam propinavit. Quam felicior in exilio serva, quam domi herus. Nam Abraham iuxta tabernaculum suum Gen. 18. 2. ministrat Angelis; Agari autem in solitudine ab Angelis ministratur. Quid non iustorum hymni impetrent in Templo, quando exultant ancillæ ululatus in nemore accerit & coelo Deum, trahitque angelos in obsequium sui. Oliva l. 2. Strom. 8. Vocavitque Angelus &c.

Quomodo portaverim vos super alas aquilarum. Ex. 19. 4. Vide hoc titulo S. 1. sub. initium.

Venit unus Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum 185. millia. 4. Reg. 19. 35. Ad portandum Eliam in caelum, & ecce curus igneus, & equi ignei. 4. Reg. 2. 11. Equi ignei erant multi angeli sub forma equorum igneorum, ut tenent Abul Serarius, Sanchez, Cornel. &c. Cur ad necem tot milium unus Angelus venit, ad portandum Eliam in caelum multi? Nihil gratius Angelis, quam in caelum hominem ferre. Sylv. in Luc. 15. q. 10.

Ipsi (Cherubim) stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versus ad exteriorem domum l. 2. paral. 3. 13. Cur non perscrutant Sancta Sanctorum, ad oraculum, & arcam testamenti? sed iis omnibus, velut a tergo relictis, oculos conieciunt in domum portum exteriorem: ut ipso intuitu præbeant formam ardentis Zeli animarum, qui in Angelis præfulget. V. Beda l. de templo c. 13. Angeli habent facies ad exteriorem domum; quia nos ab hujus æræ magna peregrinatione erptos ad sumum desiderant pervenire consortium. Stant erecti, & aspicientes portam: quia sic de animarum sanctarum in cœlis beatitudine cogitant; ut eos quoque, quos in terris adhuc peregrinari conspiciunt, Electis opem ferre non desinant, donec & illos ad cœlestem patriam introducant. De Arcones in li. 2. 3. Discursu 6.

Dixit autem ad cultorem vineæ. Luc. 13. 7. Unusquisque nostrum ficus est in vinea Domini, scilicet Ecclesia. Venit igitur Deus quærens fructum; & si venerit abique fructu, jubet, ut ex hac vita, excerces. At cultor vineæ supplicat, ut tibi parcat. Quis autem ille cultor vineæ? suus cuiusque Custos angelus, &c. Theophylactus hic.

Homo quidam fecit cenam magnam, &c. Luc. 14. 16. Jesus est, qui fecit cenam magnam æternæ beatitudinis; & misit servum suum, angelicum ministerium, ad invitandum homines ad cœlestem convivium. Cajetanus hic.

Et portaretur ab angelis in sinuum Abrahæ. Luc. 16. 22. Non suffecerat ad portandum pauperem unus angelus, sed propterea plures veniunt, ut chorum lætitiæ faciant. Gaudet unusquisque angelorum tantum onus tangeres: libenter talibus oneribus prægravantur, ut adducant homines ad regna cœlorum. S. Chrysost. hom. de div. & Laz.

Confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus. Apoc. 3. 5. S. Anselmus: gaudent angeli de consortio iustorum. Quid gloriosius, & optabilius, potest esse, quam iustum laudari, & testimonium habere à Christo Domino coram suo Patre? Cur additur, & coram angelis ejus? Ob magnum gaudium Angelorum, quia protectores hominum, & illum gaudet de eorum bono, & gloria. Sylv. hic.

Omnes Angeli stabant in circuitu throni. Apoc. 7. 11. Valde probabile, ac agi de sanctis Angelis Custodibus. Stant ante thronum Dei, & lumine gratulantes de salute suorum clientium; & Deo gratias agentes, Salus Deo nostro, hic.

Angeli quotiens aut ascendunt, aut descendunt, super flumen hominum. Orig. hom. 4. in Luc.

O si cognosceremus & nos, quomodo expectant, & quantum des-

desiderant (Angeli) adventum nostrum; quam sollicitè quærent, quam libenter audiant bona de nobis - quomodo dicuntur mediis inter nos, & Deum: fidelissimè portantes ad eum gemitus nostros, & ipsius nobis gratiam devotissimè reportantes S. Bernardus f. 2. in Vigil. Nat. D.

Angelorum Charitas, misericordia.

Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis Olivarum. 3. Reg. 6. 23. Textus quoque Cherubim auro v. 28. In templo Salomonis Cherubini ex lignis olivarum operati laminis aureis: quia magnam in homines exercere charitatem, & misericordiam. Incerto auctore.

In manibus portabant se. Pl. 90. 12. ut enim fratres natu majores infantulos fratres in ulnis gestant; ita Angeli, qui quasi majores natu fratres sunt, nos homunciones, hoc est, fraterculos suos, in manibus portant; ut ab omnibus peccatorum offendiculis defendant. Philipp. Diez tit. Ang. Quotidie illos, ad nostri custodiam deputatos multipliciter offendimus, & offensam negligentiam cumulumus; ipsi autem, licet à nobis frequenter injurias patiantur, sustinent tamen, & compatiuntur peccantibus; nec minor illorum circa nos custodia, immò major sollicitudo: cùm boni custodis fit, infimos, quam sanis, operam exhibere. Ramyrez in ep. Christ. ad Ep. Alize ep. 5.

Qui facit Angelus suus spiritus. Pl. 103. 4. in quo ostenditur, quod sancti Angeli habeant puritatem in se, quia spiritus; pietatem ad nos, quia sunt ministri; charitatem ad Deum, quia ignis urens. S. Vinc. Ferr. l. 7. D. 3. Adv.

Apparuit illi Angelus Domini stans à dextris altaris incensi, & Zacharias turbatus est. Luc. 1. 11. Turbatus est, minime Angelum reputans, quem separatam ab hominibus videbat. S. Chrysost. hom. 2. in Nat. Joan. in persona Zacharia: cœca deinceps tu, qui me terras: si enim esses à Deo missus Angelus; ad eas que sunt mihi usui, adjumento fuisses, & miserus esses eorum, qui foris lacrymantur; affligeres una cum eis, qui affliguntur, Bæza l. 1. c. 7. §. 1.

Angelus autem Domini descendebat. Jo. 5. 4. O quam Angelis agnatum medicorum munere fungi! Angelus Sodomam punitur prius ad Abrahæ tabernaculum fuit profectus in ipso sermone dicit; Gen. 18. 1. tandem venerunt Sodomam vesperi. Gen. 19. 1. Cur ad puniendum missi mox Angelum propeperant? quia libenter ad sanitatem peccatorum accurrunt; quasi inviti trahantur ad vindictam. Unde expectant, ut videant, si forte Dominus Abrahæ precibus placaretur. Abulensis. Totum diem expectantur, utrum DEUS parceret civitati; propter Abraham. Efcob. mir. Christi t. 1. Oblerv. 4.

Hic est funicularis triplex, quo de excelso cœlorum habitaculo, ad consolandos, ad visitandos, ad adiuvandos nos attrahit supereminens charitas Angelorum, propter Deum, propter nos, propter seipsos. S. Bernard. f. 1. in fest. S. Michaelis.

Angeli ad succurrendum nobis velocius sunt aquis. S. Vinc. Ferr. de S. Mich.

§. III.

Angelorum beneficia corporalia.

Angelus eripit Loth ex incendio. Gen. 19. 16. Tobiam sanat c. 11. 15. Petrum de carcere educit act. 12. 9. Balduino regi, cùm exercitus ejus in angustiis viarum in periculo esset, ne ab hostibus interfectioni daretur, Dux quidam incognitus apparuit, qui apprehenso vexillo per aliam viam universum exercitum duxit Jerosolymam. Baron. t. 12. An. 1144. Maffei l. 1. lib. Ind. Emmanuel Portugallæ Rex primarie navi suæ, quæ in Indias, novum subacturum orbem, destinata fuit, nomen dedit Gabrielis Archangelis. Piscina probatica. Jo. 5. 3. Chrysost. hom. 35. Angelus descendens aque mortæ virtutem sanandi tribuit.

S. Patricius Hiberniæ Apostolus, cùm à Deo peteret, ex servitute accipi; angelus custos ei apparuit eum consolatus; ostendens locum, in quo aurum effodere posset ad redimentum; quod & factum. Bolland. 17. Martii c. 2.

Angelorum beneficia spiritualia.

Solantur; lata nutriant, tollunt meum.

Angeli Sanctis apparentes statim in exordio sermonibus jubebant eos metum ponere. Gen. 15. 1. Gen. 46. 3. Matth. 1. 20. Luc. 1. 30. Luc. 2. 10.

Ad populum Israelis objurgandum misit Deus virum prophetam: Judic. 6. 8. paulo post angelum ad consolandum Gedeonem, v. 12. Dominus tecum, virorum fortissime. Ubi Lyr. Dominus primo mittit eis reprehensorem, ut verè poeniteant; secundò adiutorem, ut vincant.

Dixit filia Sion. Matth. 21. 5. Verbum propositum est Verbum Dei ad sanctos Angelos, ut loquantur amicabiliter animæ sanctæ, bonæ, & iustæ, ab hac vita recedenti, tanquam conciviorum, ac cohereditas dicentes: ecce Rex tuus, quem tam ardentè desiderasti, amasti; & cui tam fideliter servisti. S. Vinc. Ferr. D. 1. Adv. f. 3.

Vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis. Apoc. 7. 2. quia veniebat læta, & prospera nuntiare. Sylv. hic.

S. Henricum Sulonem angeli in angustiis positum visitant, &

cœlesti musica recreant, cum illo dicentes choreas, & dicentes: in dulci Jubileo &c. Celebraturum vidi angeli dulcissimè amplecti. Boll. de Henrico Sulone Ord. Predic. 25. Jan.

Angeli docent, juvant orare, offerunt preces.

Credimus, Angelos Sanctos altare orantibus, offerre Deo preces, & vota hominum. S. Bern. ferm. 7. in Cant. Solent Angeli altare orantibus, & delectari in his, quos vident levare puras manus in orationes. Id. hom. 3. de laud. Virg. S. Raymundus de Pennafort ab angelo sape à somno ad orandum excitabatur. Boll. 7. Jan.

Angelorum alia beneficia spiritualia.

In manibus portabant se. Pl. 90. 12. Manus angelorum sunt intellectus, & volutas; five sapientia, & potentia: nam intelligendo, & volendo, omnia faciunt, Lapides in via sunt omnia impedimenta, quæ occurrunt in hac vita, five temporalia, five spiritualia, scandala, tentationes, persecutiones, & similia. Pedes, quibus ad lapides offendere solemus, sunt affectus humani. Duo sunt autem effectus principales, quasi duo pedes: amor; & timor; & quocumque homo operando, loquendo, desiderando, pergit; vel amore movetur, vel timore. Robert. Bel-larm. hic.

Vidit Angelum Dei. act. 10. 3. Cur ad illuminandum Cornelium in fide non venialiquis discipulus, sed angelus? ad illuminandum Eunuchum missus Philippus. Act. 8. 26. Respond. id factum ob bona opera, elemosinas ejus, & orationes, quæ Deo offeruntur per manum angelis. Apoc. 8. 4. Tob. 1. 2. 12. Sylv. hic q. 5.

Pestus affectio tua: pes animæ; quam in manibus portant angeli, nè offendant ad lapidem pedem tuum. S. Bern. f. 13. in Psal. qui habitat.

Iple Anti-Christus, ut docet S. Thom. 1. p. q. 113. minister angelo custode, qui impedimento erit, quò minus ad majora mala manum extendat.

Angeli respicientes Eucharistiam.

S. Franc. Salef. l. 4. vitæ c. 48. recenset de Poenitentiaro suæ diocœcesis, plerumque Angelum suum custodem intutum, qui antecedere illum solebat, antequam esset Sacerdos; sed ut primum Sacerdos factus, illum honorem Angelos recusavit, semperque priorem locum Sacerdoti detulit.

Apparuit ei angelus Domini, & ait: Dominus tecum virum fortissime. Judic. 6. 12. Cur ei apparet, & maxime eo tempore alloquitur Gedeonem? An orabat, ut Daniel? an junxerat, ut Cornelius? forte sacrificabat ut Zacharias. Audi: Cuiusque Gedeon, v. 11. accerseret, & aquæ purgaret, & frumentum - ut fugeret Mahian; apparuit ei angelus Domini, 12. Sola divini designatio frumenti angelus pelletur ad minimum natu è filio Juss. Hinc dices, cur Dei spiritus oblatas sibi à Manue Samonis patris delicias sprevit, Judic. 13. 16. Abrahæ verò dixit Gen. 18. 5. fac ut locutus es. Unde fastidium unius epuli, & tanta alterius aviditas: sola dapum dissimilitudo angelos, & recreat, & absterret. Paraverat panem Abraham: ponam buccellam panis, nulla apud Manue panis mentio. Judic. 13. 15. & faciamus tibi hanc de capris. Oliva l. 5. Strom. §. apparuit &c.

Respicit: & ecce ad caput suum subineritque panis, & vas aquæ. 3. Reg. 19. 6. Itane lautius cenat Elias corvo 3. Reg. 17. 6. quam Angelo ministrante? ab ave carnis saturatur, ab angelo solo pane reficitur. Nimirum iis dapibus angelus excipit prophetam, quibus in cœlo enutritur. Non mirum proinde, si Lothus vir opulentus, cùm angelis epulum Sodomis pararet, non atritia; non vitulum. Gen. 19. 3. exiit azyrna, & comederunt. Ludis? an illudis hospitibus, bone vir? quos pronus adoras, & dominos vocas, cogisque tum sub lectum subire, vix relictis. Fecit convivium, quam splendida vox! & exiit azyrna: quam tenuis apparatus! Scivit vir prudens, nihil fore gratius angelis, quam si in azyrnis delibarent quodammodo azyrna veritatis, & panem vitæ JESUM. Factitari id à nobis gaudeo, dum Eucharistiam sumimus, & angelos vocamus ad aras. Id. ib.

Certus sit, quia ultores Angeli nec semel indignè communi-canti parcerent: nisi bonitas Christi, in cuius iudicio pendet omnia, & cui commissum est, ut signum ponat in frontibus suorum; & gladium suspendere, & renoveret momentaneam mortem, Christo totum debemus adscribere. S. Paschal. l. de corp. & sang. Dom. c. 8.

Sed neque putandum est, nos confortes & concives futuros beatorum spirituum, ab ipsis deseri, dum sedemus in Ecclesiæ convivio: facti sunt quippe omnes administratores spiritus propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, cuius arriam hic recipimus, & pignus. Si ad instructionem convivii perfecti plurima requiruntur, divites sunt hi spiritus ad ampliora. Habent ad votum cœlaria Regis; profertur de thesauris suis, quæque voluerit interior homo noster. Petitur ignis, & caminus incendiis; Seraphim ardent. Petitur, sal, & lumen? Cherubim sapient, & lucent. Petuntur sedilia? Throni habent illa. Ministratur à suprema hierarchia, quia ministrantibus imperant. Queritur qui dominetur in convivio, qui virtute præeat; qui potestate



tueatur? hoc secunda potest hierarchia. Queritur pro inferiori cœnaculo, quis ordo sit in convivantibus? offerunt se Principatus, subordinant Arch-Angeli, & Angeli subserviunt. Jo: Ger- son tr. 9. sup. Magnificat.

§. IV.

Angelorum custodia.

Figura.

Equitatus meo in curribus Pharaonis assimilavit te amica mea. Cant. 1. 8. Angelicus fulta ministeris, & superno stipata agmine sponsa incedens similis est equitatus Pharaonis &c. S. Bern. in Cant. f. 39.

Invenenat me vigilas, qui custodiunt civitatem. Cant. 3. 3. Angeli scilicet sancti, qui civitatem, id est, Ecclesiam, vel Fideles, custodiunt. Ric. à S. Vict.

En lectulum Salomonis 60. fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Cant. 3. 7. Lectulus Christi est mens sancta, quam proinde ambiunt, & custodiunt sexaginta, id est, plurimi fortes, angeli, ut Aponius, apud Corn. à Lap. hic. Quam nos beatiores Salomone! qui non regio excepti thoro, sed in ærumnosum abjecti sterculinium, stipamur tamen Sionis principibus, militia cœlesti, Angelorum Custodem. Oliva l. 5. Strom. hic.

Servit eam. If. 5. 2. in quo significatur custodia angelorum. S. Thom. hic.

Testimonia

Ex Scriptura, & Patribus.

Ecco duo viri astitere. Act. 1. 10. Cur duo angeli apparentes dicuntur viri? S. Epiph. or. de asc. viri dicuntur, ut animi robur discipulorum confirmet.

Praelium, de quo. Apoc. 12. 7. ait Ribera, vulgus initio Mundi factum putat, cum diabolus, & angeli ejus, cœlo ejecti sunt, sed sine dubio pertinet ad extrema tempora. In hoc praelio Michael, & angeli ejus, non suas sibi res agent; sed ea charitate pro nobis decerant, quasi in salutis nostræ periculo aeterna, & jam secura, ipsorum salus, periclitari videretur. S. Laur. Just. de S. Rich. Venenemur in Domino cives nostros, fidelissimosque adjuutores, & militia nostræ propugnatores egregios. Cooperatores eorum sumus pro nobis, ne supervacue in nobis laborasse videantur: gaudium enim illorum est fortitudo nostra. Ramirez ep. 5. Apoc. 3.

Plena sunt angelorum omnia, aer, terra, mare, Ecclesie; quibus angeli profunt. Sed quorsum, inquires, hæc innumerabili multitudo angelorum, quasi nihil oculis videas, nihil manu attingas, nihil pedibus teras, quod infinitis non refertur angelis videtur? Adfunt Cherubim & Seraphim, qui dicunt Sanctus! Sanctus! Plenus est Mundus sanctarum virtutum, quia plenus est nequitiarum. Plenus est orbis terrarum remediis, quia plenus est laqueis. S. Ambros. Oct. 1. Pf. 118. apud Fernandum in Gen. 3. 13. sect. 26.

Magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu natiuitatis custodiam sui angelum delegatum. S. Hier. in Matth. c. 18.

Omne creaturam sensibilem Deus armatam, & munitam creavit; alias veloci pedum cursu, alias unguibus, alias pennis, alias carnibus, alias denique dentibus. Hominem solum sic disposuit, ut virtus illis sit ipse Deus. S. Chrysof. in Matth. 7.

§. V.

Angeli quos ament? quibus se scient?

Apparuit ei Dominus in convulle. Gen. 18. 1. Cur Abraham, qui tam sepe orabat in montibus, & campis, non apparuerat angeli? sed fedent ad ostium tabernaculi? Zacharie visus est angelus in templo. Luc. 1. 11. significat, nihil in patrefamilias aque mirandum, quam si domi suæ præsit; ut in Sacerdote plus nihil probatur, quam si adfir domui Domini, suæ domus non memor. Sacerdos, si procul sit a domo sua, ab Angelo recreatur; ab angelis, verò invisitur Patriarcha, sicut in ostio domus suæ. Judic. 6. 11. Cumque Gedeon excoerret, atque purgaret frumenta - apparuit ei Angelus Domini. Delectantur Angeli labore hominum. Tantis vir ab angelo invisitur non orans, sed laborans. Oliv. l. 10. Strom. §. apparuit &c.

Fueratque ei (Jacob) obviam Angeli Dei. Gen. 32. 1. Cur nunc potius, quam alias habuit obvios sibi angelos? S. Ambros. l. 2. de Jacob. c. 6. Perfectis, & fidelibus, divina solent esse præfida.

Angeli eorum in calis. Matth. 18. 10. Dignitas humilium apponitur ex Angelico ministerio prompto pro ipsiis &c. Cajetanus hic.

Apparuit autem illi angelus Domini. Luc. 1. 11. Angelus læta nuntiatus apparuit ad altaris dexteram. Nusquam angeli certius inveniuntur, quam ubi sanctis operibus vacatur. Did. Stella hic.

Deus, & Dei angelus, non apparent promiscue hominibus; sed iis, qui puro, castoque sunt animo. Titus Bostr. in c. 1. Luc.

Ob beneficentiam in proximos Angeli cum hominibus conversari non sunt designati, de qua re scribitur ad Hebræos c. 13. 16. beneficentia nolite oblitisci &c. Isidorus Clarus l. 1. or. 64.

§. VI.

Angelorum imitatio.

Sicut Angelus Dei. 1. Reg. 29. 9. q. d. Summè mi hi gratus es, & summè mihi places; immò veneror te quasi angelum Dei. Est phrasia Hebræa, qua utuntur, cum quempiam valdè laudare, & tollere volunt. Corn. à Lap. hic.

Immitet angelus Domini. Pf. 33. 7. Angelus minister est voluntatis divinæ: quapropter si vis te angelum fieri, fac, quod præcipit, ut liberes periclitantem, subvenias anxio eripias innocentem. Cassiodorus hic.

Sunt novem ordines, Angeli, archangeli, quorum ad societatem, quia constat, Electos homines colligi, unumquemque in suo ordine, & eisdem sanctis Angelis similes fore, alios alius, secundum diversas Ordinationes eorum gradus, differentiaque claritatis &c. Rupert. l. 2. c. 15. in Gen.

Si ad angelorum in cœlis consortia tendimus debemus vitam eorum in terris, quantum non noxia corpora tardant, semper imitari. V. Beda l. 1. de tabernaculo c. 3.

Sicut in cœlo sunt novem ordines Angelorum, sic sunt in hoc Mundo novem modi bonæ vitæ correspondentes novem ordinibus angelorum. Primus gradus bonæ vitæ, afflictio penitentialis, Secundus gradus, devotio spiritualis afflictioni addita: quando tales decedunt, collocantur in Ordine Archangelorum. Tertius miseratio addita afflictioni, & devotio: tales in ordine Principatus. Quartus, patientia in ordine Potestatum. Quintus concordantia proximalis. Sextus, præfidentia in ordine Dominationum. Septimus, pauperitas cum Thronis, Matth. 19. sedebitis & vos &c. Octavus, Sapientia cum Cherubim, Nonus, Charitas cum Seraphinis. S. Vinc. ferr. f. 2. post D. 2. Pasch.

Abique dubio non est leve, vel facile, humanum animum Angelicam formam induere, & in supermundanorum quemdam, & verè plus quam humanum habitum transire; spirituales pennas accipere, & se ad summa levare. O quoties necesse est, aurum suum in ignem mittere, & iterum retrahere; & nunc in hoc, nunc in illud, laute vertere, crebrisque vicibus undique tundere; antequam angelicam formam inde excudat. Cherubimque producat, Richardus à S. Vict. l. 4. de arca myst. c. 6.

TITULUS XIX. ANIMA RATIONALIS.

§. I.

Figura, Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Dixit lucem à tenebris. Gen. 1. 4. Per lucem anima ostenditur, quæ carne præstantur est, per tenebras caro cum vitus l. V. Bed. hic.

Fecit Deus firmamentum, & dixit aquas &c. Gen. 1. 7. Firmamentum anima rationalis. Aqua superiores sancta desideria, & mundæ cogitationes; inferiores, terrena desideria, & immundæ cogitationes Hugo Cardin. hic.

Manus suas in arca asces. Gen. 6. 14. Hugo Vict. lib. allegor. in Gen. c. 6. Arca est anima sancta, vel secretum conscientie; aquæ tentationes. Corn. à Lap. hic.

In terram, quæ fluit lacte, & melle. Ex. 3. 8. Terra promissionis est anima propria uniuscujusque, de qua Matth. 5. 4. beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram: hac terra fluit lac, & mcl; ab hac terra peregrinantur, qui in carne habitant voluptati corporis dediti. Hugo Card. in Levit. c. 19. 23.

Nihilque erat in templo, quod non auro tegeretur. 3. Reg. 6. 22. Cur Deus domum suam auro exornari vult? ut ostendat, se non nisi animis, charitatis auro splendens habitare. S. Bern. f. 27. in Cant. necesse est animum crescere, ac dilatar, ut sit capax Dei; potè latitudo ejus dilectio ejus est. Barradius. Dom. Pent. tom. 4. l. 4. c. 7.

Equitatus meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea. Cant. 1. 8. Non miraberis, unam animam equitatus multitudini similitam; si advertas, quantæ in ipsa, unaque tam sancta anima, virtutum acies habeantur; quanta in affectionibus ordinata, quanta in moribus disciplina, quanta in orationibus armata, quantum in actionibus robur, quantum in zelo terror; quanta denique ipsi cum hoste confistunt assiduitas, numerositas triumphorum. S. Bern. in Cant. f. 37.

Derelinquetur filia Sion, ut umbraclum in vinea. If. 1. 8. Juxta Originem, vinca Dei, & pomorum paradisi, anima nostra appellari potest; cui si mens præstiterit, habet custodem mentis Deum. Sin autem vitia nos, quasi quadam bestia fuerint prædata, relinquetur à custode Deo; & omnia nostra redigentur in solitudinem. S. Hier. hic.

Comparat S. Macarius Eremita hom. 1. animam cum Ezechielis cura

curra. c. 1. & 10. Videbat enim mysterium animæ, qua Dominum suum amplectura, & thronus gloriæ futura erat. Anima siquidem, quæ cum Spiritu Sancto, præparante illum sibi in sedem, & habitationem, participare lumen ejus dignata, & pulchritudo inenarrabilis gloriæ ejus illustrata est; tota fit lumen, tota facies, & tota oculi; nec ullæ ejus pars, quæ oculis spiritualibus luminis plena non sit.

Quatuor autem illa animalia currum ferentia, typum præferebant præcipitum animæ rationalis partium: voluntatem, conscientiam, mentem, & diligendi vim.

Fiat voluntas tua. Matth. 6. 10. Cum corpus à terra, & spiritum possideamus de cœlo, ipsi cœlum, & terra sumus; & in utroque id est, in corpore, & spiritu, ut Dei voluntas fiat, oramus. S. Cyprianus lib. de or. Dom.

Si curus est anima; habet equos, vel bonos, vel malos. Boni equi, virtutes animæ; mali equi; passiones sunt corporis. Bonus ergo rector malos equos restringit, & revocat; bonos incitat. Boni equi sunt quatuor: prudentia, temperantia, fortitudo, justitia; mali equi; iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas. S. Ambros. l. de If. & anima c. 8.

Est ergo cœlum sancta anima, habens solem intellectum, lunam fidem in terris, astra virtutes. S. Bern. f. 27. in Cant.

Quod est auriga curuli, rector navi, fidus Muscus; idem hic est terrestris vultus, qui fixit illud, animam voluit. S. Chrysof. tom. 6. or. de Infit. secundum Deum vita.

§. II.

Animæ pretium, dignitas, pulchritudo.

Ex Veteri, & Novo.

In principio creavit Deus cœlum, & terram. Gen. 1. 1. Cur non statim hominem produxit? Facta est regia, creetur rex; edificata est domus, producat habitator. Quid necesse est ad sextum diem creationem hominis referri? Philo Jud. lib. de opif. principium, & finem, volans Deus inter se coaptare, ut res necessitudine conjunctas & amicitia, principium quidem fecit cœlum, finem vero hominem. Ex principio, & sine fine Deus circulum aureum; ut, quocumque se verteret homo, cœlum videret.

Amicum tibi est cœlum, familiare; solum hominem agnoscit sibi necessitudine conjunctum: nexum amicitie nê dissolvat. Sittitibi semper familiarissimum; & licet situ remotum; mente, & desiderio, propinquum. Lactantius lib. 2. de orig. error. cap. 13. hcto corpore, spiritus est animam de vitali fonte spiritus sui, qui est perennis: constat enim ex anima, & corpore; id est, quasi cœlo, & terra: quandoquidem anima, quæ vivimus; velut à cœlo oritur à Deo. Luc. de Arcon in If. 1. v. 2.

Da mihi animas, cætera tolle tibi. Gen. 14. 21. Diabolus hic figuratur in rege Sodomorum sic locutus. S. Alb. M. de Paradiso anima cap. 26.

Anima cum obulerit &c. Levit. 1. 1. anima, id est, homo per Synecdoch. Sicut caro sapientum hominem significat. ut. Gen. 6. 12. omnis caro corrupta erat in vanum; Jo. 1. 14. Verbum caro, id est, homo, factum est; Il. 40. c. 6. omnis carofanum, ubi nota, Scripturam ut nomine animæ, cum actum animæ, vel dignitatis habetur ratio; carnis verò, cum hominis vilitatem spectat. Corn. à Lap. hic.

Altem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua. Job 2. 4. q. d. Non parvus est homo pro anima salvanda, immò pro illa dabit divitias, & ipsum sanguinem Bæza tr. 3. l. 14. c. 11. §. 7. Dilectissimam esse animam suam homini, etiam diabolus non negavit. Et quia avertere omnino cunctos ab affectu animarum suarum nititur; idem tamen charissimas esse debere cunctis suas animas confiteatur. Salvianus ad Ecclef. Cathol. l. 3.

Vestram speciem tuam non peccabit. Job 5. 24. Animæ tuæ speciem sepius introspicias, & ita custoditus protectione misericordie illius, non peccabis. V. Beda hic.

Vestri capilli capitis omnes numerati sunt. Matth. 10. 30. S. Ambros. f. 26. Si capillorum nostrorum meminit, multò magis animarum nostrarum, per numerum enim curam circa nos cognoscimus: nemo enim numerat, nisi quod vult diligentius custodire.

Quemadmodum gaudium est in cælo super unum peccatorem penitentem agente, Luc. 15. 10. ita tristitia multa est: & luctus, super una anima, quæ excidit vita æterna. S. Macarius hom. 15.

Ex Patribus, & aliis.

Nihil quietius, nihil purius, nihil denique pulchrius, ea mente esse debet, quæ in Dei habitaculum præparanda est; quem non auro templa fulgentia, non gemmis altaria distincta, delectant; sed anima ornata virtutibus, S. Hier. ep. 14. ad Paulinum de infit. Monach. Imperet anima nostra, serviat corpus; & statim veniet Christus, & habitabit in nobis. Id. in Pf. 76.

Quid eorum, qui in faciem licent, si intere cupisiam fan- & animæ pulchritudini comparetur; non velle, ac secedum, re- & apparent æstimatori? S. Bern. f. 27. in Cant.

Totus iste Mundus ad pretium unius animæ æstimari non po-

test: non enim pro toto Mundo Deus animam suam dare voluit; quam pro anima humana dedit. Id. lib. de anima c. 3. Nobilem hospitem habes, o caro, nobilem valdè & tota salus tua pendet de ejus salute. Id. f. 6. de triplici ad v.

Magna res est anima, quæ Christi sanguine redempta est! gravis anima casus, qui non nisi Christi cruce potuit reparari. Id. ep. 54.

Beata illa, & sempiterna Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, unus Deus scilicet, summa potentia summa sapientia, summa benignitas, creavit quandam trinitatem ad imaginem, & similitudinem suam; animam videlicet rationalem, quæ in eo præfert vestigium illius summe Trinitatis; quod ex memoria, ratione, & voluntate, consistit. Id. f. 1. in parvis.

Visciscere, quantum sit pretium animarum? redempturus eam Unigenitus non Mundum dedit, non hominem, non terram, non mare, sed suum pretiosum sanguinem. Vidisti magnitudinem pretii? quando ergo eam tanti emptam perdidisti, quomodo poteris eam deinceps emere? S. Chrysof. in Pf. 48.

Hæc prius erat filia demonum, filia terræ, ipsa tellure indigna: eadem nunc facta est filia Regis. Hoc ut efflet, voluit, qui flagrabat ejus amore. Qui enim amat, non magnopere observat modum; qui amat, non perspicit deformitatem. S. Chrysof. in Pf. 44. in illud: audi filia.

Nihil est, quod animæ possit æquiparari, nè universus quidem Mundus. Itaque si immensas eroges pecunias pauperibus; plus tamen effeceris, si unam converteris animam. Id. hom. 3. in 1. Cor.

Animam tuam deploro, numerosissimis, adeoque innumeris, populis adæquatam dignitate; immò multis nominibus dignorem. Id. Parenesiad Theodor. lapsum.

Licet anima unius naturæ, tres tamen in se dignitates habet, id est, intellectum, voluntatem, & memoriam. S. Ambr. l. de dign. humanæ condit. c. 2.

Rerum omnium curfus obsequis corporis, animarum constat imperio. Ennod. l. 6. ep. 3.

Rationalis spiritus, est imago summa Trinitatis; ut, sicut Deus est trinus, & unus; ita anima; cum sit una, habet tres potentias. quibus capax est Dei, scilicet rationem, memoriam, & voluntatem. S. Bonav. de renovat. mentis parte. c. 10.

Si pro una tantum anima totum, quod est in Mundo, appendas, aurum, argentum, metallaque cætera, margaritas omnes, prædia, possessiones, palatia, urbes, castra, ipsaque Mundum; nihil in ejus comparatione dedisti. S. Laur. Just. ferm. in festo S. Thom. Apofit.

Animarum quid præferebat ex eo, quod libero voluntatis arbitrio utitur, pro purpura virtutum induta, quod omnium indumentorum est maximè regium; pro sceptro però immortalitatis beatitudine nixa; pro diademate justitiæ corona honestata. Isid. Clarus l. 1. or. or. 58.

Anima hominis, facta ad imaginem Dei, est pretiosissima; plus quam capilli virginis, vel lac, seu vera crux, vel aliquid corporale. Simagnum peccatum esset, prolicere capillos Christi, vel lac, vel crucem Christi in sterculinium; quanto magis de anima, quando projicitur in latrinam luxuria, est majus peccatum. S. Vinc. Ferr. 3. intrà octav. S. Dominici.

Si videres unam animam sine turpitudine, & macula peccati; transires sic mille annis, quod nunquam velles comedere, nec bibere. Id. ferm. Sabb. post Oculi.

Si formarentur tot empyrii cœli, quot sunt aquarum guttæ, quot sunt grana arenæ maris, quot sunt etiam stellæ maris; omnis pulchritudo eorum simul sumpta non posset æquari pulchritudinis unius animæ. Tanta est excellentia ejus. S. Bernardinus sen. f. 51. Artic. 1.

Anima Christiana, baptismi trina immersione, ad plenum, tam ab originali, quam actuali peccato, purificata; mensa Domini est purissima. Ad hanc enim, superiorum regum; & omnium prædixitum mentis despectis, accedit Dominus; ut reficiat, & reficiatur; ut ministret, & ministretur. Petr. Coll. l. de panib. c. 9.

§. III.

Anima quantum à Deo, & Christo, æstimetur.

Ex Veteri.

Non negabis mercedem indigentis pauperis, sed eandem die reddes ei mercedem laboris. Deut. 24. 14. Christus est indigens, & pauper, qui pro nobis in passione laboravit: cui reddere debemus eandem die, id est, in hac vita, pretium laboris sui; id est, nosmetipsos. Hugo. Card. in Prov. c. 3.

Audi filia. Pf. 44. 11. Hæc prius erat filia demonum, filia terræ, ipsa tellure indigna; eadem nunc facta est filia Regis. Hoc ut efflet, voluit, qui flagrabat ejus amore, &c. S. Chrysof. hom. in Eutropium, & illud Pf. afflitit regina.

Signos te. Cant. 1. 7. An ignoras, quia tu es meus meridies? noce te ipsam, & in te invenies me: quia tu te cubo, & pascu. Lud. de Ponte hic.

Quia amore langueo. Cant. 2. 5. S. Greg. vertit: vulnerata sum à dilectione. Ostendit hæc oratione telum, quod cordi alæ infidet.